MONUMENTA BOICA

Bayerische Akademie der Wissenschaften

Digitized by Google

617

Soc. 24085 c. 3/14



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN DECIMUM QUARTUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

MONACHII,

LITERIS VÖTTERIANIS.

ANNO MDCCLXXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Tuis ſe modo obtutibus, Lector benevole! ſiſtit Monumentorum noſtrorum Volumen decimum quartum, nulli priorum ſecundum.

Colligi cœperat, quo tempore ſub optimo Principe, MAXIMILIANO JOSEPHO Res

Digitized by Google

617

Soc. 24085.c.3/14

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN DECIMUM QUARTUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,

LITERIS VÖTTERIANIS,

ANNO MDCCLXXXIV.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Tuis ſe modo obtutibus, Lector benevole! ſiſtit Monumentorum noſtrorum Volumen decimum quartum, nulli priorum ſecundum.

Colligi cœperat, quo tempore ſub optimo Principe, MAXIMILIANO JOSEPHO Res

noſtræ maxime florebant; cum ex inopinato EJUSDEM & inexorabili Fato ingentem in luctum verſæ, paullulum languere videbantur, donec ſub Sereniſſimo Succeſſore, CAROLO THEODORO, ceu exorto quodam propitio Sidere, in novas ſpes ſurrexere, munifica protectione firmatæ; cui quidem auguſto Academiæ STATORI Volumen iſtud, veluti erutæ quædam ex omni vetuſtate Primitiæ, profundiſſima veneratione ſacrum eſto, atque dicatum!

Quas opes litterarias heic recluſas reperire ſit, & quibus ſingulæ debeantur, ſuo ubique loco monuimus, neque commendare neglexi-mus.

Vtinam vero reliquos, qui nobis ſalutandi ſuperſunt, Cœnobiorum Præſides æque faciles promtosque experiri contingat! quod de pleris-que confidenter ominamur, niveo calculo æter-

nitati

nitati notandis, atro carbone Fucis, Lucifugisque ſervato.

Tu interea, Lector amice! iſtis, ut ſunt, fruere; ſummo Principi noſtro bene precare; Muſis noſtris porro fave, & vale!

Dabamus Monachii.

PRO-

PROSTANT HOC VOLUMINE.

I. Monumenta Windbergenſia. pag. 1 - 110

II. - - - - Vnderſtorfenſium Pars II. pag. 111 - 170

III. - - - - Geiſenfeldenſia. pag. 171 - 310

IIII. - - - - Carmelitarum Straubinganorum. pag. 311 - 346

V. Monumenta Miſcella. pag. 347 - 428

MONUMENTA
WINDBERGENSIA.

Digitized by Google



PRAEFATIO.

Windperg, insigne Canonicorum Regularium, quos a Præmonstrato dicunt, Collegium, in ipso borealis Sylvæ, olim Hercyniæ adpellatæ, aditu sub aere salubberrimo situm, eleganterque constructum, Tetrarchiæ Straubinganæ, a cujus Metropoli trihorio distat, adnumeratur.

A Venedis, ſeu Slavis, an a quodam *Winitho*, Nomen huic Monti inditum fuerit, quod Auctor *Relationis de origine* hujus *Monaſterii*, poſt *CANISIUM* denuo heic *Num. I.* editus opinatur, aut forte a monte ventis pervio? jam non vacat diſquirere.

Iſtud certius, *ALBERTUM I.* comitem, huius loci dominum, cum Uxore ſua *HADWIGE*, gentilitium ſuum Caſtrum *Windberg* circa Annum MCXL. in Monaſterium convertiſſe, ejusque Poſteros, Comites deinceps a *Bogen* dictos, largo illud cenſu de ſuis patrimonialibus Bonis, per Bavariam & Bohemiam tunc late patentibus, dotaſſe.

Comitatum iſtum Windbergenſem unacum ejus Nominis Caſtro ad Comites Andecenſes aliquando pertinuiſſe, & ab *OTTONE* Meraniæ duce Patavienſi Epiſcopo *MANEGOLDO* pro MDCCC. Marcis venditum ſuiſſe, uti poſt *AVENTINUM* in Excerptis Paſſavienſibus ab *OEFELIO* noſtro Tom. I. editis, *HUNDIUS* hoc loco memorat, in dubium non immerito vocatur; tum, quod pretenſæ Venditionis tempore, videlicet paullo poſt Sæculi XIII. Principium, Comitatus Windbergenſis Nomen, una cum

Caſtro

Caſtro jam extinctum fuerit; tum quod loco ab *OTTONE* vendito non *Windberg*, ſed *WINDEBERDE* nomen fuerit a), cujus quidem Caſtri ſitum, niſi forte hodiernum ſit *Winterperg* in Bohemiæ confinibus, poſterioribus curis reſervamus, aut ſagacioribus inveſtigandum relinquimus, id unum interea obſervantes, Neoburgenſium ad oenum, ſeu formbacenſium comitum nonnullos, de *Windberg* olim dictos fuiſſe b), & *CONRADUM* Archiepiſcopum Salisburgenſem Curtem *Windeberge* dictam, et apud Iſingowe ſitam, Raitenhaslacenſibus donaſſe c), qua in vicinia Caſtrum *Windeberde* felicius forte inquiri poterit.

Nos ad ipſa loci hujus Monumenta, anecdota pleraque, vulganda properamus, quorum liberalem nobis copiam fecere PR. D. *BERNARDUS* p. T. Patriæ Patrum tunc Primus, ejusdemque in abbatiali dignitate ſucceſſor PR. D. *IOACHIMUS*, gratiſſima mente nuncupandi; quorum priori beatam requiem, huic autem longævam, quæ ſperari poteſt, proſperitatem precamur.

a) Vid. diploma *PHILIPPI* Imperatoris apud *HUNDIUM* in *Metrop. Tom. I.* ſub *MANEGOLDO* Patavienſi Epiſcopo.

b) *Mon. boic. Vol. IV.* pag. 9. ſeqq.

c) *Ibidem Vol. III.* p. 108.

SERIES
RR. DD. ABBATUM.

I. D. Rudbertus Sacerdos popularis † 1140.

II. D. Eberhardus Præpositus † 1141.

III. D. Gebhardus primus Abbas † 1191.

IV. D. Conradus I. † 1200.

V. D. Petrus † 1201.

VI. D. Vlricus † 1205.

VII. D. Volmarus † 1212.

VIII. D. Joannes I. † 1217.

IX. D. Conradus II. † 1229.

X. D. Joannes II. † 1243.

XI. D. Henricus I. † 1276.

XII. D. Albero resign. † 1277.

XIII. D. Vlricus II. resign. 1281. † 1309.

XIV. D. Conradus III. † 1295.

XV. D. Heinricus II. de Notzſtal † 1306.

XVI. D. Dietricus † 1323.

XVII. D. Wernherus † 1328.

XVIII. D. Fridericus I. reſign. † 1335.

XIX. D. Gotſchalcus † 1348.

XX. D. Fridericus II. † 1357.

XXI. D. Thomas reſign. 1364. †. 1369.

XXII. D. Conradus † 1369.

XXIII. D. Ioannes Hetzinger † 1390.

XXIV. D. Vdalricus Hofman † 1394.

XXV. D. Pertholdus † 1400.

XXVI. D. Nicolaus Iohannes reſign. 1430. † 1436.

XXVII. D. Joannes Pechinger † 1442.

XXVIII. D. Albertus de Perching † 1461.

XXIX. D. Ioannes Iacobus Poiſſe † 1468.

XXX.

XXX. D. Vdalricus Humel de Parching † 1498.

XXXI. D. Paulus † 1515.

XXXII. D. Sigismundus † 1519.

XXXIII. D. Wolfgangus † 1523.

XXXIV. D. Caſparus Schwab † 1526.

XXXV. D. Gregorius Haidpichler † 1541.

XXXVI. D. Ioannes Talmair † 1570.

XXXVII. D. Chriſtophorus † 1598.

XXXVIII. D. Andreas Vögele † 1631.

XXXIX. D. Sabinus Ajeman † 1634.

XL. D. Michael Fuchs † 1681.

XLI. Chriſtophorus Halwax † 1691.

XLII. D. Franciſcus Knodt † 1716.

XLIII. D. Auguſtinus Schmid reſign. 1732.

XLIV. D. Norbertus Schranck † 1734.

XLV. D. Bernardus Strelin † 1777.

XLVI. *D. Ioachimus.* MONU-

XXX. D. Vdalricus Humel de Pärching † 1498.

XXXI. D. Paulus † 1515.

XXXII. D. Sigismundus † 1519.

XXXIII. D. Wolfgangus † 1523.

XXXIV. D. Caſparus Schwab † 1526.

XXXV. D. Gregorius Haidpichler † 1541.

XXXVI. D. Ioannes Talmair † 1570.

XXXVII. D. Chriſtophorus † 1598.

XXXVIII. D. Andreas Vögele † 1631.

XXXIX. D. Sabinus Ajeman † 1634.

XL. D. Michael Fuchs † 1681.

XLI. Chriſtophorus Halwax † 1691.

XLII. D. Franciſcus Knodt † 1716.

XLIII. D. Auguſtinus Schmid reſign. 1732.

XLIV. D. Norbertus Schranck † 1734.

XLV. D. Bernardus Strelin † 1777.

XLVI. *D. Ioachimus.* MONU-

Digitized by Google

MONUMENTA
WINDBERGENSIA.

CHARTULARIUM MISCELLUM.

Num. I. Relatio de origine Monaſterii Windebergenſis *).

Qualiter locus Wendbergenſis primo inſtitutus ſit.

I. Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter ego *Winith* nomine Eccleſiam conſtruxi

*) Ex Codice manuſcripto huius Monaſterii edita ab Henrico *Caniſio* apud *Basnage* Tom. III. P. II. p. 221.

rſtuxi in loco, qui nomen trahit a me ipſo. Adveni enim de Saxonia in predictum locum, primus incola illius loci, & ab hoc, ut predixi, nomen a me traxit ſcil. *Windberg*. Dormivi namque in ſupradicto loco, & in ſomno vidi aquilam volantem, & ex impetu ſui volatus concuſſa eſt terra, & pervenit usque ad me, & tetigit me pennis ſuis, dicens ad me: Surge & vade contra flumen magnum, (*danubium*) & obvios habebis viatores, & inter illos ſciſcitaberis quis vocetur *Winith*. Hic habet nomen tuum, & cooperator tuus erit. feci ut juſſit, & opere completa eſt viſio. Primum igitur interrogavi eum, qna patria, qua terra, vel qua gente adveniſſet. Et reſpondit dicens, ſe veniſſe de Saxonia cum exercitu Ludovici Regis, adjungens, quod deduxiſſent eum Hunni. Et progrediens interrogando, dixi, quæ eſt mater tua in illis partibus, vel quis frater tuus? Et reſpondit: Mater mea vocabatur *Sophia*. Et corruens in collum ejus amplexatus ſum eum præ gaudio lacrymans, quia ſcivi eum ex vera narratione matris meæ, meum eſſe fratrem. Quia ergo poſt illum natus ſum, traxi idem nomen, quia vi ablatus erat, ex dilectione qua dilexerat eum noſtra mater. Aperui ergo ei in multis ſermonibus, quos ad invicem confabulati ſumus, eor meum de conſtructione Eccleſiæ, narrans ei ſomnium quod vidi. Et ut multa & magna paucis concludam, conſtruximus Eccleſiam in honore domini noſtri Ieſu Chriſti, & perpetue Virginis Mariæ & omnium ſanctorum, & per nos peccatores allate ſunt reliquiæ ſanctorum ſubſcriptorum, & in altari per nos con-

concluſis lapidibus abſcondite & collocate, aſtante *Azelino* Presbytero. *Sequitur catalogus incredibilis Reliquiarum.*

Hæc eſt honorabilis & amabilis antiquitas wintbergenſis Eccleſie ; quam nos poſſumus in eadem ſignificatione *Venedidunenſem*, a *Venetiduno*, hoc eſt, a *Sclavi monte*, ſi placet, appellare. Nam poſteriori tempore ſupervenerunt reliquiæ Vdalrici confeſſoris, & Venzeslai Ducis ac Martyris, itemque Apoſtolorum Petri & Pauli, quas in penetente cruciculu credimus contineri.

De beato Willihelmo.

II. Huic autem loco tantis Sanctorum pignoribus gratificato non minimum gratificationis addidit emeritus & veteranus Chriſti miles *Willihelmus*, qui poſtquam flagrans ſancto deſiderio plurimas peragraverat regiones, Salvatoris & Apoſtolorum, aliorumque Sanctorum veſtigiis, ac Sepulturis illuſtres, iſtic & vivus reſpirare voluit a periculis fluminum, a periculis latronum, a periculis paganorum ac fluctuum marinorum, & defunctus ac ſepultus exſpectare plenam retributionem laborum ſuorum in reſurrectione Iuſtorum. Laboraverat enim non ſolum in ſupra dictis periculis ſed etiam in vigiliis, & jejuniis multis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, inſuper & ferreorum circulorum coarctatione, a qua tamen opportuno loco & tempore divina ſolutus eſt miſeratione. Unde non mirum ſi pro certiori futuro-

rum bonorum exſpectatione Spiritum meruit Prophetiæ, per quem cum multa prædixerit, ut nobis beatæ recordationis altrix ejus *comitiſſa LUITKARDIS* *) retulit, illa duo memorie noſtre cohærent, videlicet immaniſſima clades Saxonici prelii ſecus *Vnſtruth* fluvium nimia crudelitate patrati per Tyrannidem *quarti HENRICI*, (An. 1075.) diesque reſolutionis ipſius corporis. Hunc apte notatum reperimus in in feſto Victoris Papæ & Martyris, ſcil. in XII. KalendMaij ut per hoc etiam deſignaretur victorioſus ad Chriſtum ejus tranſitus.

HARTWICUS primus honorate memorie Ratisponenſis Epiſcopus Capellam dedicavit, quam ſuper eum Comes *ADELBERTUS* in ſomnis admonitus pro medicamento gravis infirmitatis edificavit. Referre ſolitus erat idem beatus *Willihelmus* de quodam miniſtro & conviatore ſuo nomine *Iwano*, quod mox ut obiiſſet, thureis odoribus per divinam gratiam commendatus fuiſſet.

De beato Engelmaro.

III. Præterea ſuggerente venerabili *Rudberto* Presbytero, & annuente præfato *Comite ADELBERTO*, ceſſit in Dominium hujus loci ſylveſtris cella *ſancti Engelmari*, de quo nos de plura ſcribendi futuris ſcriptoribus occaſionem da-

*) Conjux *Azuini*, & Mater *Alberti I.* com. de *Windberg*.

dare cupientes, diligentis inquiſitionis initia ponimus. Denique reperimus eum natione fuiſſe Bajoarium, genere & opere *Georgium*, hoc eſt, terre colonum, ſed abdicatis terrenis deſideriis propriisque facultatibus pro amore Chriſti derelictis, eremitice vite diſciplinam cepiſſe ſub eruditione ſancti *Gregorii* Armeniorum quondam, ut ferunt, Archiepiſcopi, ſed tunc uberiori ſpe celeſtis premii voluntariam paupertatem cum peregrinatione circa Pataviam ſectati. Quo defuncto, ſecundum quod ipſe prædixerat Nona Calendarum Octobris, circa meridiem, hora qua illa famoſiſſima Solis Eclipſis (An. 1093.) quam non ſolum maxima mortalitas, ſed & Hieruſolymitana expeditio, auctore Papa *Vrbano* II. ſequebatur, contulit ſe Beatus *Engelmarus* in ſolitudinem requietionis ſuæ, factaque inibi manſione, cepit laboribus manuum ſuarum, juxta Pſalmeſtam & Apoſtolum vivere, & nihilominus vigiliis ac jejuniis & orationibus conditoris ſui gratiam Spiritu fervens quærere. Cumque pro bonitate & religione ſua valde acceptus eſſet omnibus, qui in circuitu ejus erant, Socius ſuus novus Cain appellandus, invidia ductus potioris ei divinitus collatæ gratiæ, ſeque dolens inæqualem apparere, remotis arbitris non exhorruit in illum manus extendere, percuſſumque nive & ruderibus operire: fertur enim poſt octavam Epiphanie proxima die facinus hoc perpetraſſe, & uſque ad Pentecoſten variis ſimulationibus & diſſimulationibus occultaſſe. Vltra vero Solemnitatem S. Spiritus non debuit tanti ſceleris reus latere, quoniam ipſius etiam eſt mundum de peccato arguere. Igitur novi Able ſanguine ad Dominum clamante, vagus & profugus factus

eſt recens Cain ille, qui ſingularem eremi poteſtatem cum equipollentia favoris humani poſt mortem beati Engelmari ſperaverat obtinere, exemplo Iudæorum, qui propter obtinendum locum occiderunt Chriſtum, ſed propter occiſum Chriſtum perdiderunt locum, & diſperſi ſunt in omnem ventum.

Veniens autem quidam vulgaris Sacerdos inventum corpus vulgariter ſepelivit, videlicit non ſecundum ſublimitatem Sanctitatis, ſed ſecundum humilitatem paupertatis. Hujus enim diligentiæ pietas & merces ſervabatur ſupradicto *Rudberto*, olim duntaxat vulgari Presbytero, nunc autem & arctioris converſationis æmulo, ut ſcilicet digno dignum monumentum præpararet, in quo tunc ſacra oſſa ejus transponerentur, cum etiam Eccleſia lapidea ejusdem Ruberti patratu ſuper eum conſtructa dedicaretur, anno videlicet Incarnationis Dominice milleſimo centeſimo primo, Romanorum præſulatum & regnum concorditer gubernantibus Innocentio II. & Lothario III. A prima tamen ſepultura divino inſtinctu tanquam lex obtinuit, ut ſingulis annis in media pentecoſtes hebdomada populus ibi confluat, & celitus deſignati Martyris patrocinia devotus inquirat. Nam ſicut fideles in verbis ſui, adhuc ſuperſtites viri pronuntiant, cum ille locus aliquando nullum habitatorem haberet, & vilis ædicula ſepulcrum venerabilis Eremitæ protegeret, ipſique forte noctu præterirent, proſpexerunt ibi numeroſa luminaria divinitus acceſſa mirabili claritate radiantia, ſeque non ſolum ad introſpiciendum, ſed etiam ad introeundum provocantia.

tia. Inſuper odorati ſunt & ſuaviſſima aromata, absque ſpecie aromatica. Præterea plures infirmi, & afflicti medelas & ereptiones ibidem perhibentur experti, ſed quia nobis ignoti ſunt, notos exſpectamus, de quibus ſcribamus; futuris namque temporibus majorem Dei Gloriam ſperamus illis appariturum.

IV. Defuncto itaque *Rudberto* venerabili hujus loci Præpoſito primo, ſucceſſit *Eberhardus* quidem Friſingenſis de *Sceftlar*, qui vixit uno anno. Quo propter intemperiem morum ſuorum amoto, ſucceſſit *Gebehardus* Colonienſis de *Beiſebu.* (An. 1141.) qui precipiente Papa *Eugenio* a venerabili *Henrico* Ratisponenſis Eccleſie Epiſcopo ſecundum ſtatuta ordinis Præmonſtratenſis conſecratus eſt in Abbatem. Hujus ſtudio deſerta antiqua Parochiali Eccleſia, Monaſterium novum eſt perfectum atque glorioſiſſime dedicatum, ſicut ſcripta ſequentia pleniſſime teſtantur.

V. Anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo ab Incarnatione Dominica, gubernante Monarchiam Rege *Conrado*, preſidente dieceſane noſtre Eccleſie venerabili *Henrico* Epiſcopo, anno primo ingreſſionis venerandi Patris & proviſoris hujus loci *Gebhardi*, in diſciplina & Religione per omnia ſtudioſiſſimi, fundamento Templi noviter poſito, muroque Sanctuarii tantum initiato, conſecrata ſunt tria altaria in capitibus hujus Eccleſie, altare S. Petri & Pauli ad meridiem, & altare S. Joannis Evangeliſte & S. Andreæ ad Septendrionem in duodecima Junii Calenda. In ſecunda die

id

id eſt, undecima Junii Calenda, ſummum altare, in honore S. & individue Trinitatis, beate Marie, & S. Auguſtini, & ſanctorum plurimorum, quorum nomina ſunt ſubſcripta. Conſecravit autem ea altaria Dominus *Stilco Olomucenſis* Epiſcopus, de provincia que eſt *Moravia*, Vir magni nominis & meriti, tam ſpiritualibus, quam laicis acceptus & gratus perſonis, amator Religionis, quantum ad profeſſionem noſtri ordinis ſcil. Præmonſtratenſis, preſente fundatore loci nobili *Comite Adelberto* cum Uxore ſua nomine *Hedewic*, & duobus filiis ſuis *Hertwico* & *Pertholdo* *) qui quæcunque prius donaverat ſuper altare ſancte Marie ſupra notatum, coram tanta multitudine fideli devotione delegavit.

Qualiter dedicatum ſit Monaſterium.

VI. Cum plerumpue etiam ea, que utiliter & laudabiliter fiunt, in oblivionem ex negligentia ſolent venire, idcirco Eccleſie noſtre conſecrationem dignam ducimus litteris commendari.

Anno ergo dom. Incarn. M. CLXVII. Indictione prima (XIII.) dedicata eſt hæc Baſilica in honore beate & perpetue Virginis Marie a venerabili & ſancte converſationis Viro *Joanne*

* Tertii filii *Alberti* II. nulla heic mentio, quod ille jam An. 1140. in obſidione Caſtri *Phalzja* ſagitta percuſſus obierit. *Mon. Boic. Vol. XI. p.* 20.

anne Eccleſie Olomucenſis Antiſtite, quarta Decembris Kalenda. Conſecrata ſunt etiam eodem die duo altaria vnum in medio Monaſterii in honore ſancte crucis, alterum in latere Septendrionali in honore S. Egidii. Proximo autem die, id eſt tertio Cal. Decembris conſecravit idem reverendus & ſæpe nobis memorandus Epiſcopus altare in meridionali latere Monaſterii in honore SS. Mauritii, Gereonis, Victoris ac Sociorum eorundem, & alterum altare in Septendrionali abſida Chori, in honore beati Nicolai confeſſoris. Summum autem altare & duo altaria e latere conſecrata fuerunt anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo vndecima Junii Calenda a venerabili & pie memorie Epiſcopo *Stilcone* pre memorati patris & Domini noſtri *Joannis* predeceſſore, quorum devotio eo amplius in nos enituit, quo uterque noſtri ordinis noſtrum ordinem honorare curavit.

Vtraque autem conſecratio mediante & impetrante reverendiſſimo Patre & vigilantiſſimo Paſtore noſtro *Gebehardo* perfecta eſt. Pro quo tum communiter tum ſpecialiter in perpetuum orare neceſſe habemus, cujus tam eximium devotionis fervorem circa locum noſtrum novimus.

A dedicatione majoris altaris uſque ad dedicationem Monaſterii computantur anni XXV. & XXVII. hebdomadæ & dies vna.

Sequitur Recenſio Reliquiarum.

Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo. 11. Maij Calenda, a venerabili Epiſcopo *Hertwico* Ratisponenſi ſecundo, invitato ab Abbate hujus loci reverendo *Gebehardo*, dedicata eſt Eccleſia S. Blaſii ad Sorores, in honore S. & individue Trinitatis, & S. Crucis, & S. Marie Virginis. —

Num. II. Bulla Confirmationis.

Anno 1746.

Eugenius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Gebhardo* Praepoſito Eccleſiae de windberg eiusque fratribus tam praeſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum Deſiderium quod ad religionis propoſitum et animarum ſalutem pertinere cognoſcitur animo nos decet libenti concedere et petentium deſideriis congruum impartiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus et praefatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri et noſtra protectióne ſuſcipimus, et praeſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones quaecunque bona in praeſentiarum juſte et canonice poſſidetis aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Priucipum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus

haec

haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam videlicet *Saizcouiae* *) cum adjacente allodio et omnibus pertinentiis ſuis, *Waltſenperg*, cum pertinentiis ſuis, ſyluam quoque adjacentem monti veſtro in *Mülbacenſi* via *Virlcbach* cum omnibus pertinentiis ſuis, *Embra* cum pertinentiis ſuis, *Syrinchke* cum pertinentiis ſuis, *Mainkhouen* cum pertinentiis ſuis, *Vennebach* cum ſuis pertinentiis. Sancimus etiam juxta deuotionem bonae memoriae *ALBERTI* Comitis veſtrae Eccleſiae fundatoris, ut ille, qui, de progenie ſua major natu fuerit locum veſtrum & bona ad eum pertinentia pro ſalute animae ſuae a prauornm incurſione defendat, et nullus in eis exactiones imponat. Quodſi inutilis fuerit, liceat vobis ipſum Conſilio *Babenbergenſis* Epiſcopi ab ipſa defenſione remouere, & alium idoneum ſubſtituere. Sane laborum voſtrorum quas propriis manibus aut ſumptibus Colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere praeſumat. Statuimus quoque ut ordo canonicus ſecundum S. Auguſtini Regulam et inſtitutionem fratrum Praemonſtratenſium perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Addentes etiam interdicimus, ut nemini veſtrae profeſſionis facultas ſit alicujus leuitatis inſtinctu vel arctioris religionis obtentu ſine licentia praepoſiti, vel Congregationis veſtrae de clauſtro diſcedere. Quodſi diſceſſerit, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum, absque Communium litterarum cautione eum audeat retinere. Si vero ſecundo tertioue vocatus re-

*) Soſſaw.

redire contempſerit , liceat eiusdem loci Praepoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Liceat quoque vobis in communi interdicto ipſius terrae excluſis excommunicatis et interdictis ſubmiſſa Voce diuina officia celebrare. Porro Sacramenta Eccleſiaſtica a Dioeceſano ſuſcipiatis Epiſcopo , ſiquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apoſtolicae ſedis habuerit, eaque vobis gratis et ſine prauitate voluerit exhibere, alioquin catholicum quemcunque malueritis adeatis Antiſtitem , qui nimirum noſtra fultus authoritate , quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus , ut eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint deuotioni et extremae voluntati niſi forte excommunicati , vel interdicti ſint , nullus obſiſtat , ſalua juſtitia matricis Eccleſiae Decernimus ergo , ut nulli omnino hominum liceat praefatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus auferre poſſeſſiones , vel ablatas retinere , minuere aut aliquibus vexationibus fatigare , ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione et ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura , ſalua ſedis Apoſtolicae auctoritate et Dioeceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſaecularisue perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit , ſecundo tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit , poteſtatis , honorisque ſui dignitate careat , reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat , et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine Dei et Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat , atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat.

ceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus, ſit pax Domini Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Datum Viterbi per manum Guidonis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Cancell. X. Calend. Januarij, Indictione X. Incarnationis Dominicæ MCXLVI. Pontificatus vero Domini Eugenii III. Papæ anno II.

Ex Hundio Gewoldi.

Num. III. Traditiones incertorum annorum.

Nouerint fideles. *Oudalricus* Sacerdos duo mancipia ſcilicet Routbertum, Wizmanum delegavit ſuper altare ſancte Marie ad perſolvendum annuatim cenſum quinque nummorum. Huius rei teſtes ſunt. *Gnennel. Oudolrich. Lintoll. Heinrich. Mainhart. Piligrim. Engelmar. Adelbert de Murndorf.*

Num. IV.

Chuno de Wolfolteſcelle delegator eſt predii illius *Ochantesdorf.* Teſtes *Herwich* & *Hageno* filius eius. *Herwich* & *Wolfram* de Aſcha. *Heinrich der Hubelare. Altman.*

Hiltpraut. Garvnch de Gmuſse. Purchart. Heberolf & filius ejus *Chvnrat.*

Num. V.

Pateat omnibus chriſtianis nodo fidei conflictis (conſtrictis) quod de *Suarza Hertwicus* judex ſtatutus preſes *caſtro* in *Natherenberg* quinque mancipia huic domui Sancte Marie per manum germani ſui *Counonis* ejusdem prenominate Ville conciuis addicauit conſentiente & condelegante cum illo Uxore ſua *Wiraht* nec non cum duobus ſibi filiis, videlicet *Hertwico* & *Roudolfo.* Jus autem mancipiorum eſt denarios quinque annuatim perſoluere altari ſancte Marie, & quicunque hec mancipia vi opprimat vel ab hinc auellat, vel ſibi famulatu ſubdat, in excogitabili dolore patiatur, anathematisque vinculo conſtringatur. Huius autem pacti teſtes ſunt *Gotheſalgus* & filius eius de *Hehincouin. Wolfram. Couno* & *Dieterih* de *Suarza. Sigifrith. Bernhart. Roudeger* de *Natherenberg. Gozpolth. Dithmar* de *Windeberge. Bernharht. Wodalrih Wietheimar. Gozpolth. Bernhart* de *Thuſchangiſdorf. Friderich. Carul Orthlieb* de *Sirching*, que ſita eſt in ſuperioribus partibus Danubii. *Meinharth. Wodalrih Frouwin* de *Mirendorf. Bernharth* de *Genride.*

Nomina vero mancipiorum hec ſunt. Merboth. Haglica. Pertha. Counrath. Hiltegunth.

Num.

Num. VI.

Notum ſi tam preſentibus quam futuris, quod homines iſti libertate natiuitatis ſue vſi obtulerunt ſemetipſos cum poſteris ſuis ad haram ſancte Marie *Windeberge* ea uidelicet condicione, ut cenſvm annuatim quinque nummorum de capitibus ſuis ſoluere non negligant. Et hec nomina ipſorum. Gerburhe. Touta de Nudeh. Huius autem rei teſtes ſunt Counraht Heinrich. Adelberht.

Num. VII.

Commendetur memorie tam futurorum quam preſentium, quod *Gozpoldus* Diſpenſator (Spiſar) comitis *PERTHOLDI de Pogen* moriens duo predia unum *Mulpach* alterum *peyrwegn* deputauit eccleſie noſtre per *Rawinum* germanum ſuum eiusdem conſenſu et alterius fratris ſui *Henrici* que idem *Ràwinus* delegauit ſuper altare ſancte Marie in preſencia teſtium iſtorum *Ortolf de Haslpach. Gozpolt de Swarza. Oudalrici de Viehta. Gerhohi prepoſiti de Pogen. Hertwici iudicis de Hopoltorsdorf.*

Num. VIII.

Sciant fideles Chriſti, quod Dominus *Hartmanns Liber de Tunegen* predia ſua qualia habuit in *Gaizhuſen*, ſcilicet molendinum et in *grub* et *dinberg* eccleſie noſtre pro ſalua-

uatione ſua parentumque ſuorum ſue liberalitatis poteſtatiua manu cum omnimoda proprietate tradidit. Huius teſtes ſunt *Gerhohus de franhesberg* et filii ejus *Gerhohus*, *Roudolfus*. *Gozpoldus de Houedorf* et filii ejus *Gozpoldus Albertus*. *Valchun de chamburqueldesdorf*. *Siboht* et *Chunraht* de *tunegen*.

Num. IX.

Poſt Anno 1156.

Curia illa Frukesdorf fuit beneficium Domni *Engelſcalci de Berendorf*. duo autem Manſus qui adjacent monti noſtro *Windeberg* uerſus occidentem fuerunt beneficium *Adelberti* et *Gozboldi* fratrum *de houedorf* a domno *Dietrico de Algerisbach*. Ipſi uero dictum beneficium a domino *HAINRICO duce Auſtrie*. Iſtorum omnium conſenſu precipue tamen duce auſtrie concedente et petente.

Num. X.

Anno 1158.

FRIDERICUS dei gratia Romanorum Imperator in curia *ratispone* habita poſt octauam epiphanie ante expeditionem *Mediolanum* ſupra memoratam curiam et ſupra memoratos manſus in manum aduocati eccleſie noſtre comitis *PERTOLFI* nullo contradicente delegauit.

Comes

Comes uero *PERTOLFUS* aduocatus eccleſie noſtre pro curia illa *Frukesdorf* unum manſum *aſcha.* et unum *wincere.* et unum *mukendal.* pro duobus autem manſus qui adiacent monti noſtre unum manſum *reginoldisdorff.* et unum *odroskesbuele.* et unum *Radebule* in manum *FRIDERICI* palatini regno (*Regni*) a) coram Imperatore delegauit. Harum delegationum que facte ſunt ut concambia prenotata inconuulſa permaneant. et teſtes ſunt. Epiſcopus babenbergenſis *Eberhardus.* Dux orientalis *HAINRICUS.* *OTTO* palatinus et frater ejus *FRIDERICUS.* Comes *LIUTOLDUS de plaie.* *FRIDERICUS* filius *CUNRADI* Regis et *dux ſueuuie.* Comes *PERTOLFUS de Andeſſe.* Comes *pertolfus de pogeu. burgi comes* (b) *HENRICUS. Marquardus de grunbach. Adelbertus de thruhendinken: Heriman der yſel. Reingerus.*

Num.

a) Certe de *friderico* Palatino Bavarie, et fratre *Ottonis* Maioris hic ſermo eſt. Cur autem dicatur Palatinus *Regni*, ſeu de Regno, ante exponit diploma *LUITPOLDI* auſtrii Bavariæ Ducis Privlingenſi Monaſterio An. MCXL. datum *Mon. Boic. Vol. XIII. p.* 171. ubi officium *Comitis palatini Bavariæ* his verbis exprimitur: „ Per manum ipſius *Ottonis* palatini comitis qui tum „ tempori *advocatiam gerebat ſuper Bonis Regni,* “ Vid. N. XII.

b) *Burgi comes.* h. e. Burggravius Ratisponenſis, ut patet e Num.

Num. XI. Commutatio fundorum.

Anno 1158.

In nomine ſancte et individve Trinitatis Eccleſie Ratiſponenſis per divinam miſericordiam Epiſcopus *HARTWICUS* ſecvndvs.

Communiter et religioſe uiuentibus condeſcendere. juſtisque uotis eorum aurem benignam acclinare confidimus indubitanter in parte meritorum eſſe etc. Proin fidelium nouerit induſtria. Quod cum eccleſia *Windebergenſi* conſentiendo precibus Abbatis *Gebehardi* et fratrum ſuorum legitimum fecimus Concambium. Tradendo eccleſie illi terram incultam. Uidelicet partem montis qnem uocant *Pilnha*. Secundum terminos per fideles noſtros *Roubertum prepoſitum*. *Werentonem* Dapiferum. *Hainricum* de *Liuolvinken*. Miniſteriales. et *Rovdolfum* Uillicum. ſicut precepimus poſitos. et ſignis apparentibus notatos. in ſuperiori parte uſque ad uerticem montis. in latere uſque ad lapidum effoſuram. recipiendo autem in Uſum Eccleſie noſtre curtim nomine *Langenowe*. iuxta caſtrum *Valkenſtaine* poſitam. Aderant etiam aduocati.

Comes *GEBEHARDUS* *) et comes *PERTOLDUS* **) Qui uiciſſim ſicut conſuetudo docet iuſticiaria. alter in alterius

*) De Sulzbach.
**) De Bogen.

rius manuum delegationem donando. Quod ad eos ſpectabat iuſto modo conpleuerunt. Auctoritate ergo et banno beati Petri Domni Apoſtolici. et noſtri concambium ſupradictum confirmamus. et ſcripto preſentis pagine. ſigillatione noſtra impreſſe. ratum. et illibatum permanere decernimus. Si qua uero perſona eccleſiaſtica. uel laica contra hanc edictionem noſtram uenire preſumpſerit. Secundo. tertiòue commonita. ſi non corrigatur. ſalute careat. excommunicationi ſubiaceat. et in diſtricto iudicio ultioni Dei ſe ſubiacere ſciat. Nomina teſtium ſubſcripta ſunt. Canonici de maiore eccleſia. *Rovdegerus* Archidiaconus. *Bertholdus. Herimannus. Eberhardus. Hagano.* Laici. *Babo de Zullingen. Erkenbertus de Altendorf.* et frater eius *Heinricus. Godeſalcus de hanichoue. Kadolt de ſuneberthesdorf. Rodegerꝯ* , et frater eius *Herbordꝯ. et Ortliuſ* ratisponenſes. *Godefridꝯ de Wetherenuelt. Gerungꝯ de houe. Gerhogꝯ de wremerichesperge. Rodolfꝯ de Menha. Adelhogꝯ de thegerenbach.* et plures alii.

Dat. eſt anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo octauo indid. VI. VI. id. MARTII. *Ratiſpone.* Regnante Friderico IMPERATORE AVGVSTO. Anno III. Raſpon. eccleſie Epiſcopi Hartwici ſecundi.

Num. XII. Confirmatio cæſarea quarundam permutationum.

Anno 1160.

In nomine S. et inviduæ Trinitatis. *FRIDERICUS* divina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Sicut ſacra divæ memoriæ Principum coruſcat auctoritas, æquitatis primæ poſt cultum Dei gradus proximus eſt, venerabilibus locis et eorum miniſtris reverentiam exhibere. Hoc intuitu, rogatu quoque et interventu dilecti et fidelis noſtri *Eberhardi*, *Babenbergenſis* Epiſcopi, cuidam Eccleſiæ ſuæ ditionis *Windebergæ*, in Epiſcopatu *Ratisponenſi* fundatæ in honore beatæ Mariæ perpetuæ Virginis et ordine fratrum *Præmonſtratenſium* in ſuis neceſſitatibus imperiali remedio ſubvenire curavimus, quædam bona imperialia, qua Patruus noſter *Heinricus*, illuſtris Dux Auſtriæ, et ab ipſo Vaſalli ejus in beneficio poſſidebant, conſenſu eorum illi Eccleſiæ conferentes, eisque viciſſim, prout ratio poſcebat, congruenter commutationis jure bona præfatæ Eccleſiæ reſtituentes ordine ſupnotato.

Prænominatus equidem Patruus noſter reſignavit nobis curtem *Frukesdorf*, quam *Engelſchalcus de Berendorf* habebat in feodo, et duos manſos cohærenres monti *Windperg* ad plagam occidentalem, quos *Theodericus de Adelgeresbach* ab ipſo Duce, ſecundario autem ejus nomine *Adelbertus* et *Gozpoldus* de *Hofedorf* feudaliter tenuerunt, ipſis conſentientibus et collaudantibus.

Nos

Nos veto in idipſum pro more citantes et conſtituentes Advocatum nobis *Fridericum Palatinum Comitem de Witeliuespach*, per manum ejus tradidimus *Pertholdo* Comiti de *Bogen*, Patrono et Advocato ſupra nominatæ Eccleſiæ curtem et manſos prælibatos in proprietatem Eccleſiæ tranſtulimus: ab ipſo autem *Babenbergenſi Eberhardo*, et Advocato *Pertholdo* recepimus Imperio per manum *Friderici* Palatini comitis bona hæc: Manſum vnum *Aſcha*, et vnum *Wincere*, et vnum *Mukental* pro curte *Frukesdorf*, pro manſis autem duobus, vnum manſum. *Regenoltesdorf*, et vnum *Odrukesbuhle*, et vnum *Rodebuhele*, ac ſic æſtimatione hinc inde habita pro conſenſu partium et permutatione completa conceſſimus in beneficium Ducis, quæde bonis Eccleſiæ receperamus, Prædictam autem Eccleſiam cum his, quæ ordine permutationis in ſortem ei obvenerunt, in noſtram tuitionem recipientes vnacum aliis bonis juſte et legitime acquiſitis vel acquirendis præcipimus, ut nullus in perſonis aut rebus ſuis eam moleſtare præſumat. Quod ſi quis auſu temerario contra hanc imperialis noſtri Edicti paginam ire præſumpſerit, Dei omnipotentis et noſtram indignationem incurrat, et centum libras auri optimi componat, medietatem cameræ noſtræ, et medietatem pro ſua offenſa prædictæ Eccleſiæ.

Ad perpetuam autem hujus rei certitudinem et auctoritatem hanc ipſam paginam Sigilli noſtri impreſſioni, et teſtium, qui prædictæ commutationi interfuerunt, inſcriptione communiri præcepimus, quorum nomina hæc ſunt. *Fri-*

dericus Dux, filius *Cuonradi Regis. Otto palatinus Comes de Witelinesbach*, et frater eius *Fridericus. Henricus Præfectus Vrbis Ratisponæ Liutoldus Comes de Plejen. Warcwardus de Grumbach. Adelbertus de Truhentingen. Hermanus de Yfelden. Regengerus de Erichespach.*

Signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego *Reinaldus* S. Colonienſis Eccleſiæ electus, et Italiæ Cancellarius recognovi.

Datum in Curia *Papiæ* vbi confirmatus eſt *Victor* Papa Id. Febr. Indict. VIII. Anno Dom. Incarn. MCLX. regnante Friderico Rom. Imp. glorioſiſſimo Anno regni ejus VIII. Imperii vero V. *)

(*) Ex Apographo Windebergenſi apud *Bern. PEZ Theſaur. Anecdot. Tom. VI. P. I.* p. 417.

Num. XIII. Nova permutatio.

Circ. An. 1165.

Sciant cuncti fideles, qualiter per Dei gratiam annuente *Hartwico* ratisponenſis eccleſiæ venerabili epiſcopo tertiam partem decimarum in parochia noſtra adepti ſumus. Erat namque predicta pars decimarum Domini *Herwigi de Len-*

g-

geuuelt beneficium a domino ſuo *Erkingero de crumbach* et beneficium *Erkingeri* ab epiſcopo. Sed *Erkingerus* impetrante Abbate *Gebehardo* reddidit eam Epiſcopo, *Herwigo* eam abrenunciante coram Domino ſuo *comite PERTOLFO.* et multis teſtibus etiam cum juramento. Epiſcopus autem recepta ab aduocato eccleſie noſtre *PERTOLFO* legitima recompenſatione curia videlicet *Rodenmanne* (VII. ſolidi) *Schragendorf* (LX. denar.) *Birmannesberge* (XXX. den.) *Nuwenkirche* (XX. den.) tradidit eam jure Integro eccleſie noſtre in perpetuum poſſidendam. In argumentum uero ueritatis predicta bona poſſidet jam dicitur *Heruuigus* pro eisdem decimis. Teſtes ſunt hic: *Dietricus abbas de ſuperiori altha ALBERTUS* *) *Marchio frater epiſcopi.* Comes *Pertoldus de POGEN. Wernt de burre. Cuno de bure. Dietricus de Mattinge. Cuno de Houedorf. Geroch de frameriches-perge. Albertus de Houedorf. Gozbolt* frater ejus. *Cadelhoc de wincere. Euo de Waldendorf.* et alii quam plures.

*) Alias *Engelbertus*, *Marchio Iſtriæ*, e comitibus de *Sponheim* et *Valla Lavanta.* Adpellatur etiam Palatinus Comes *Engilbertus* in diplomate *Hartuici* I. Epiſcopi *Ratispon.* Lundlacenſibus dato an. 1107. *Chron. Lunælacenſe p.* 115.

Num. XIV. Genealogia fundatorum hujus Eccleſiæ.

Continet Authores hujus fabricæ potiores a). Iſta ſepultura, quos præſens atque futura Poſteritas ſane non ceſſat veſpere,

pere, mane, hic commendare Chriſto, precibusque juvare. Extitit *Albertus* primus; de quo duo b) nati, *Hartuic*, *Bertholdus* ſunt hac tumba tumulati. Soli *Berhtoldo* puer *Albrecht* naſcitur; a quo proceſſerunt *Leopold*, *Berchtoldus* et *Albrecht*. Sic genus æquivocos vult partim eſſe beatos. Corpora dictorum latitant hic more piorum. Te quoque mente pia dotarunt Virgo Maria, Templi ſtructura, des gaudia non ruitura Ipſis in cœlis, ubi regnat quisque fidelis. dilige progeniem comitis; quicunque legens es. *

* Hoſce Verſiculos in parietc Templi hodieque exſtantis pone Sepulcrum fundatorum ſcriptos fuiſſe, teſtatur *HUNDIUS* in *Metropol. III.* Dolendum vero, quod Lapidem Tumulo in medio Eccleſiæ eminenti ſuperpoſitum ſuecus Miles, Theſaurum latitare ſuſpicatus conſregerit, cujus utinam fruſta, haut ita pridem indigne rejecta ſupereſſent, ut de Saxi illius ætate ex forma characterum, atque de Scuto gentilitio illuſtriſſimæ huius familiæ, certi eſſe poſſemus. Relatum habemus ex ore Viri, qui antiqui Marmoris fruſta conſpexit eadem prorſus Inſignia, quæ in hodierno Tab. I. exſtant fuiſſe inſculpta, quæ etiam cernuntur in alia Pictura, cujus Ectypon ſiſtit Tab. II. de quibus alia occaſione differetur.

a) Non igitur omnes hujus Stirpis Surculi heic recenſentur.

f) Deficit filiorum tertius, *Albertus II.* ex Monumentis Oberaltacenſibus abunde notus. Credibile ſit, iſtum ideo prætermiſſum, quod anno

Anno 1140. in obſidione Caſtri *Phalay* occumbens alibi tumulum invenerit.

Num. XV.

Alios quoque Verſiculos deſcripſit *GEWOLDUS HUNDIUM* ſupplens, qui cum ad Albertum tertium referendi ſint, manifeſtum errorem continent. Sunt autem iſti.

Hic *Alberti* Pronepos a) comes Advocatus,
Proprio qui Nomine *Albertus* eſt numeratus,
Sabinum divum meritis mire beatum
Cum *Serena* martyre advexit in longinquum.
Dormitat nonagelimo ſeptimo b) milleno centeno
Albertus in domino omni qui vivit in ævo.
O Sabine, o Serena! o nunquam ruitura
Veſtro ſtet precamine eo modo ſtructura.

a) *Albertus* tertius qui haſce ſacras Exuvias huic loco contulit, Nepos erat *Alberti* I. ex filio ejus *Bertholdo* II. genitus.

b) Eundem Annum obitus ad XIII. Kal. Ian. etiam profert Necrologium hujas. *Hermannus* Abbas Altahenſis in Annalibus ponit ad Annum ſequentem MCXCVIII.

Num. XVI. Fragmentum Genealogiæ quorumdam Comitum de Bogen. *

Anno 1165.

Anno Milleſimo centeſimo LXV. ab incarnacione Xti mènſe martio perfectus eſt liber iſte. Iſte eſt annus uigeſimus IIII. gebhardo abbati noſtro. Hoc in anno in vigilia beate Margarete Virginis et ms comiti *PERTOLFO* natus eſt filius nomine *ADELBERTUS.* (tertius) Hoc ſiquidem nomine appellatus eſt pater *PERTOLFI,* auus videlicet pueri. Qui ſcilicet Comes *ADELBERTUS* primus fundator extitit ecclenre. **

* Iſtud fragmentum ſane notabile exſtat in Bibliothecæ Monaſterii hujus Volumine membraneo maximo, cui titulus. *Vocabularium ſcripturarum* fol. 3. b.

** Vt autem ſimul de obitu Comitis iſtius *BERTHOLDI* conſtet; placet ſubjungere Traditionem ſequentem e Codice *Admontenſi* apud *Bern. PEZIUM Theſaur. Anecdot. Tom. III. Part. III. col.* 779.

Num. XVII.

Anno 1168.

Anno ab Incarnatione Domini M C L X VIII. *PERTHOLDUS* Comes de *Pogene* viam univerſe carnis ingreſſus apud *Rotenmanne* migravit. Vxor itaque illius *LIUKART* nomi-

nomine animam Viri ſui divitiis propriis redimere cupiens, tradidit monaſterio *admuntenſi* ſuper reliquias S. Blaſii manſum ſuum, qui eſt ſitus juxta *Gurkam* fluvium in villa que dicitur ad S. *Georium* in ſupremo ipſius ville, quem frater *Ebo* petierat, cum agris et pratis, communi quoque vſu lignorum de foreſto adjacenti, — — — Hec traditio facta eſt apud *Liuzen* ſuſcipiente illam Domino *Liutoldo* tunc *Admontenſium* abbate, preſente etiam *germano* Domini *Babinbergenſis* Epiſcopi (Eberhardi) *fratre Wolfero*, ubi Teſtes iſti acceſſerunt. *Erinfrid Pincerna ipſius Comitis de Weziliſcelle. Heinricus Dapifer ejusdem de Hurginpach. Dietmar de Eccleſia S. Marie, Vdalricus de Eberingen Heinrich Polmar.*

Num. XVIII. Alberti III. Comitis de Pogen largitio.

Anno 1194.

✝ In nomine Domini Amen.

Anno Incarnacionis MCCXXXIII. * Indict. XII. Ego *ALBERTUS Comes de Pogen* Vniuerſis præſentem Kartam inſpecturis Notum fieri volo donacionem a me factam Eccleſie ſancte Marie in *Windeberge* ampliare ſategi abdicans juri meo et *filiorum meorum* quod habui in hubis in *Nidernhermansdorf* quas dilectus Amicus noſter *Hermannus Babenbergenſis* Epiſcopus et famulus (*familiaris*)

noſter *Wernherus de Weintztorff* et Cocus noſter *Kalho de Weintzer* ſancte Marie libere donauerunt ſoluentes vnam ſchaffam ſiliginis et VII. ſolidos den. LXXX. oua VIII. caſeos eis perpetuo confirmando.

Concedimus ex gratia et petitione predicti Domini et Amici noſtri, vt Monaſterium habeat propriam vecturam nauium ibidem ſuper *Danubium* propter blada et alias neceſſitates quas poterunt habere et dimittere jacere quando et quotiens uolunt ſicut neceſſitas et facultas requirit. Datum apud forum meum *Pogen* preſentibus *Gerhoho de Fremelſperg*, *Alberto de Satlpogen et Henrico de Stenkofen. Alberto de Erlbach Vlrico de Geltofinge. Hermanno Capellano noſtro. Rudolfo de Welchenberc*, ſub dilecti filii noſtri Sigillo.

Originale cum Sigillo illæſo ** Tab. I. N. I.

* In Datum hujus Membranæ cætera genuinæ, irrepſit error prope inſanabilis. Annus enim MCCXXXIII. congrueret *ALBERTO quarto*, cujus tamen integro vitæ tempore nullus Babenbergæ ſedit Epiſcopus *HERMANNUS*, *dilecti amici nomine* hic compellatus. Qui in catalogo Epiſcoporum Babenbergenſium occurrit *HERMANNUS*, electus fuerat Anno 1172. rexitque ad annum usque 1177. quo quinquenii Intervallo ne lucem quidem aſpexerat *ALBERTUS* IV. cujus Parens *ALBERTUS* III. teſte Manuſcripto Num. precedente Anno 1165. natus, Anno 1177. quo *HERMANNUS* Epiſcopus obiit, duodennis erat, nec

nec Pater eſſe poterat *ALBERTI* IV. filiorum poſtremi. Præterea indubitatum eſt, *ALBERTUM* IV. ob Vxoris ſuæ ſterilitatem absque liberis obiiſſe, quum tamen in iſta donatione plurium filiorum, & nominatim *Bertholdi* diſerta fiat mentio, quorum etiam Juri donator renuntiat. Nec juvat cum inepto quopiam Cenſore fingere, *ALBERTO* IV. fuiſſe filios extra thorum natos. Iſtis enim, utpote conditionem Matris ſecuturis nullum in bona paterna feudalia jus competiiſſet, quibus alimenta ſolum debebantur. Quum vero *HERMANNUS* Epiſcopus *Babenberg.* ab Anno 1172 - 77. ſynchronus fuerit *ALBERTO* III. qui tres genuit filios *LEOPOLDUM*, *BERTHOLDUM*, & *ALBERTUM* IV. hinc ad illum chartæ hujus datum referendum omnino erit. Suſpicabar aliquamdiu, Notarium erraſſe in pingendo altero C. & hujus loco debuiſſe ponere L. ut inde oriatur Annus MCLXXXIII. At enim novæ ex aliis occurrebant difficultates. Quemadmodum enim Anno MCCXXXIII. non reſpondet Indictio XII. ſed VI. Ita & Anno MCLXXXIII. currebat Indictio I. ſed iſtud quidem parum adtendiſſem, cum exemplis plurimis probare poſſem, ſi operæ pretium foret, in chartas maxime genuinas irrepſiſſe Indictionem falſam. *L' Art de verifier les dates p. XII. §. III. Mon. boic. Vol. II. p.* 280. Not. a) *MURATOR. Antiquit. Italiæ medii ævi de Indict. tom. III. col.* 596. Obſtat autem magis Aetas *ALBERTI* III. quæ cum anno 1183. combinari vix poteſt. Is Anno 1165. natus, anno 1183. ætatis ſuæ 18. vix potuit habere filios, & hos inter ſecundo genitum *Bertholdum*, cui conveniat vſus Sigilli equeſtris. Contraxerit enim ille nuptias Anno 1182. ætatis 17. atque hoc ipſo anno genuerit *Leopoldum*, ſequente *Bertholdum*; tum iſte anno 1183. in cunis vagiebat vix anniculus, nec poterat equitare vel in arundine longa.

Quid igitur? An inter ſpurias rejicienda omnio hæc Charta? Abſit! Malim ſuſpicari Notarium ceſpitaſſe, & quemadmodum loco ſecundi C. (*centenarii*) ponere debuerat L. (quinquagenarium) ita pariter vnam decadem & vnitatem XI. prætermiſiſſe. Quum ergo Indictio XII. reſpondeat Anno MCLXXXXIIII. hunc reſtituendum exiſtimavi.

** Ad iſtud Sigillum duo obſervare juvat. *Primo* eſt equeſtre. At *Bertholdus* juxta computum præcedentem Anno 1183. in lucem editus, Anno 1194. Juvenis erat annorum vndecim & proſtant ſane exempla, rariora quidem, apud *HEINECCIUM de Sigillis* P. I. *cap. X. n. XXV. p.* 127. Principes juvenes iſto ævo equis inſidentes in Sigillo exhiberi.

Alterum, quod adtendi meretur, eſt *Scutum*. Adparet in illo Arcus cum chorda, qui & hodie Inſigne eſt oppidi *Bogenſis* in campo cæruleo flavus, & hodierni comites *ab ARCU*, de *Bogen* dicti, neſcio a quo *Bertholdo* derivandi, hujusmodi arcu triplicato in ſuis Sigillis vtuntur, *Hundium* forte ſequuti, qui in Stemmatographia *Tom. I. p.* 121. eosdem arcus comitibus de *Pogen* adtribuit, etſi non diffiteatur, illos & Rhombis uſos fuiſſe. Eſt iſtud omnino certiſſimum; nam & *BERTHOLDI* hujus germanus *ALBERTUS* IV. atque hic ipſe *BERTHOLDUS*, ſui juris factus, Annis 1209. & 1217. hosce Rhombos in ſcuto pectorali & in vexillo exhibent. *Vol. XI. horum Monument. Tab. IV. N.* 23. *&* 24. & hoc *Vol. Tab. I. N.* 1. Cur ergo Juvenis in iſto ſigillo non Rhombos, ſed Arcum præfefert? Forte vel ideo, quia tunc Juvenis erat, nondum emancipatus. Ex iſto autem ſigillo confutatur non nullorum error exiſtimantium, Principum & Comitum filiis vivo Patre ſigilli proprii olim jus nullum fuiſſe, Etſi forte paterno uti illis non licuerit. Si quis meliore ratione

vitium

Vitium hujus chartæ ſanare, et ænigma heraldicum ſolvere quiverit: pronas eidem aures dabo: et erit mihi magnus Apollo.

Num. XIX. Donatio mortis cauſſa.

Circa annum 1196.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam præſentibus, quod Dominus *Dietmarus* ciuis quidam *Ratisponenſis* emit eccleſiæ ſanctae Mariae in *Windeberg* curiam unam iu ſanctae *Walpurgae pvoch* pro quadraginta quinque talentis, ea conditione, ut quamdiu ipſe, et uxor ejus *Mehtildis* uixerint, ſoluatur eis a fratribus praedictae eccleſiae tale ſeruitium: Videlicet octo ſcaffia ſiliginis, quinque ſcaffia auenae, porcus ualens tres ſolidos, triginta caſei ualentes uiginti denarios, et quindecim denarii pro gallinis et anſeribus. Porro ipſis ambobus mortuis cenſuerunt miniſtrandum conuentui de praedicto praedio in commemoratione eorum ad duo talenta. Si qnid reſiduum fuerit de reditibus, cellario pertineat. Item cum praedium illud in *Rinckeim* impignorandum eſſet, ipſe Dominus *Dietmarus* ſoluit illud triginta talentis, hac uidelicet conditione; ut quamdiu pſe, et uxor eius *Methildis*, et filia eius *Tvota* uixerint, ſeruiat eis. His tribus mortuis clauſtro redeat. Facta, et pacta ſunt haec ſub uenerabili Abbate *Chunrado*, priore *Heinrico*. Cellerario tunc *Gotfrido*, nunc autem *Ottone*, ceteris fratribus collaudantibus et ad haec ſeruanda fidem dantibus.

Num

Num. XX. Vltima Voluntas cujusdem miniſterialis comitis ALBERTI de Bogen.

Ante Annum 1198.

Dno. A.* illuſtri comiti de *Bogen* w.** humilis Abbas de *Monte S. Michaelis* in *babenberc* promptum cum deuotis oracionibus ſeruitivm. Significamus diſcretioni ueſtre, quod *Gerlohus* miniſterialis ueſter in extremis agens coram nobis et tribus aliis Sacerdotibus de ſalute anime ſue ordinauit, gratie ueſtre attentius commendans, vt ea rata haberi faciatis. *Bertholdo* de *Menna*, *Rud. de Tegerbach. Gozpoldo de Ranspere. Rud. de Aſcha* commiſit, vt ea que ſubſcripta ſunt, cum filio fratris ſui fideliter exequantur. Pro remedio anime ſue dedit *Windiberc* predium ſuum *Grube* et *Rotenmanne*. Predium in *Enninnen* obligatum eſt *Walchuno* pro IIII. Talentis, quod commiſit in extremis filio fratris ſui 6. ut beneficio ad V. ſolidos et x nummos in *Perhartesdorf* ab eo redimat, et predium in *Enningen Albertus de Altaha* pollideat hoc modo, quod ſoror ipſius *Hedewic* uſus fructuarios quoad uiueret recipiat, et ejus anime memoriam agat. Curiam in *Einchindorf*, que fuit *Marci* fratris ſui, et *Bertham de Habrechouen* et Liberos ejus *Richzen* de *Bergen* et eius liberos uobis ordinauit liberos ſuos de eodem *Richzen* filio fratris ſui in extremis commiſit, ut beneficium *Lamberti* ipſis concedatur. Predia ejus in *Euninchdorf* et *Wiſſi* predicti milites uendant, et VII. ſeruientibus ejus, unicuique tria dent talenta.

* Al-

* Albertus III. † 1198.

** Wolframus II. ab Anno 1172. ad An. 1201.

Num. XXI. Amicabilis compoſitio.

Anno 1200.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis.

Ego *CHUNRADUS* Dei gratia *Ratisponenſis* eccleſie Epiſcopus licet indignus. Abbati *Chuonrado* de *Windeberge* eiusque Succeſſoribus in perpetuum. Quotiens a nobis aliquid petitur quod honeſtati conuenire dinoſcitur. Pieno corde conſentire debemus. Cum uero aliquid ad pacis augmentum. et religioſorum Uirorum utilitatem a nobis poſtulatur. prompta deuotione annuere debemus. Quia ergo labilis eſt memoria hominum. et turbe rerum non ſufficit. idcirco de diſcordia et pacis Concordia. que fuit inter Abbatem de *Windeberge* et parochianum de *Snudingen* pro quadam dote et decimatione cuiuſdam curie que uocatur *Fuorlebach* ſcripto noſtro ad memoriam ſucceſſorum noſtrorum et omnium fidelium deducimus. Hec autem fuit diſcordia. Dominus Abbas aſſerebat. dotem. et decimationem predicte Curie ad ſe pertinere. et hoc confirmabat auctoritate priuilegii domini apoſtolici. et de conceſſione predeceſſoris noſtri beate Memorie Epiſcopi *HEINRICI.* et de transactione facta inter eum, et parochianum de *Snudingen* auctoritate chori noſtri.

Parochianus uero afferebat eandem decimationem ivre parrochiali debere ſibi competere. Quia igitur ea que pacis ſunt diligimus. auctoritate noſtra. et chori noſtri de conſenſu utriusque *Abbatis* ſcilicet *Chuonradi.* et parrochiani de *Snudingen Leobardi.* hanc diſcordiam taliter ad pacem reuocauimus. Quia predictus Abbas eandem dotem. et omnem eiusdem Curie decimationem terre que in preſentiarum ibi colitur. cum tranquillitate. et ſine omni contradictione predicti parrochiani. et omnium ſucceſſorum ſuorum perpetuo debet habere. Predictus uero Abbas. parochiano de *Snvdingen* quicunque ibi fuerit. tria talenta Ratisponenſis monete. et porcum unum qui ſit eſtimationis trium ſolidorum. aut tres ſolidos in die Epiphanie omni anno debet perſoluere. Et ne a fide. et memoria ſucceſſorum noſtrorum huius transactionis pactum poſſit excidere. hanc inde cartam conſcribi. et ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri. Ne qua uero ſpiritalis ſecularisue perſona hoc ſtatutum noſtrum et preſcripte transactionis pactum ualeat immutare. noſtri banni auctoritate interdicimus. Et teſtimonio tam Clericorum quam Laicorum confirmamus. Sunt autem hii teſtes Clerici. *Vlricus Decanus Ratisponenſis. Beletus ſcholaſticus. Herrandus plebanus de Oberendorf. Tiemo plebanus de Rvzingen. Chuonradus* Presbiter de *Menna. Hertwicus* Presbiter de *Votelinge. Mehtfridus* Clericus de *Snudingen. Otto* Presbyter de *Windeberge.* Fratres *Waltherus. Gotfridus. Chuonradus. Heinricus* de *Windeberg.* Hii uero teſtes ſunt Laici. *De Snvdingen Ruobertus.* niger. Heinricus et Meinhardus de Surlebach

bach *Hugo* de *Schieringen*. *Chuono* de *Schieringen*. *Sigehart* de *Schieringen*. *Rudegerus* et *Marquardus* de *Wolferchoven*. *Heinrich panholz*. *Pernolt* frater eius. *Wernhart niger*. *Heinricus* et *Meinhardus* de *Furlebach*. et alii quam plures. Quorum nomina ſcripta ſunt in libro uite.

Facta eſt autem hec transactio anno dominice incarnationis Dni noſtri Ieſu Chriſti M. CC. in eccleſia de *Snudingen*. Tali pacti conditione, ut ſi Dominus Abbas dare predictos denarios intermiſerit. quod predicta decimatio ſine omni contradictione libere redeat, ad parochianum. Iterum ſi ruſtici ceperint colere eandem curiam. decimatio ſoluatur parrochiano.

Num. XXII. Papalis exhortatio ad expeditionem ſacram.

Anno 1232.

GREGORIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio nobili uiro *ALBERTO* Comiti *de Pogen* ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Si multa, et eximia beneficia, quae cum aliis, et prae multis aliis a Domino accepiſti, tibi penſas gratis impenſa; niſi quod abſit, eſſe uelis gratis ingratus, nequaquam te ad tempus eius obſequiis impendere dubitabis: qui, etſi de munere ſuo ueniat,

ut ſibi a fidelibus ſuis digne ac laudabiliter ſeruiatur, dans tamen uirtutes praemia elargitur, et pro momentanei mercede laboris gratiam in praeſenti, et gloriam retribuit in futuro. Et quidem nequaquam forte a noxa uacaret et nota ſi quod abſit illi negares ad tempus miniſterium militare, qui pro te in cruce ſuis ſtipendiis militauit: praeſertim quia tot ab eius obſequiis ſubtrahere uidereris, quot parati ſunt te ſi praeceſſeris imitari. Cum itaque dilecti filii - - magiſter et fratres hoſpitalis ſanctae Mariae Teutonicorum Jeroſolimitanorum cauſam Chriſti aſſumpſerint contra perfidiam Prutenorum fideles geſtientium de ſuis finibus profligare, quia communibus ſunt auxiliis adiuuandi, qui publicum intereſſe laudabiliter proſecuntur, Nobilitatem tuam rogamus, monemus, et hortamur in Domino, per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, ac in remiſſionem peccaminum iniungentes, quatinus zelo fidei chriſtianae ſuccenſus, et Chriſti armatura munitus ſigno crucis aſſumpto ad defenſionem fidelium in partibus Pruſciae Domino militantium uiriliter accingaris, acturus ita ex animo cauſam Chriſti, quatenus qui uult, ut ubi eſt ipſe, ſit et miniſter eius, te regni caeleſtis ſuum faciat cohaeredem, nosque in tuis meritis, et laudibus merito delectemur.

Dat *Reatae* IIII. Kal. Februarii. Pontificatus noſtri anno quinto.

Num.

Num. XXIII. Conſervatorium pontificium.

Anno 1232.

GREGORIUS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. dilecto filio nobili uiro *ALBERTO* Comiti *de Pogen* cruce ſignato ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta romana eccleſia deuotos et humiles filios ex aſſuetae pietatis officio propenſius diligere conſueuit, et ne prauorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuae protectionis munimine conſouere. Cum igitur zelo fidei ac deuotionis accenſus uiuificae crucis aſſumpto ſignaculo propoſueris iter arripere in ſubſidium fidelium in Pruſciae confinio poſitorum, nos tuis iuſtis precibus inclinati perſonam tuam cum familia, et omnibus bonis, quae impreſentiarum rationabiliter poſſides, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus ſtatuentes ut poſtquam iter arripueris memoratum, ea omnia ſecura maneant, et quieta, donec de tuo reditu uel obitu certiſſime cognoſcatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae protectionis et conſtitutionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Reat.* XIIII. Kal. Martii. Pontificatus noſtri anno quinto.

Num.

Num. XXIV. Parochiarum Viechta, et Schuctenhofen.

Anno 1233.

In nomine ſanctae et inviduae Trinitatis.

Filii qui naſcentur et exurgent, narrent filiis ſuis et ſucceſſoribus quod ego *ALBERTUS Comes de POGEN* Aduocatus *Windebergenſis* eccleſiae, ob meorum facinorum enormitatem, et fratrum meorum defunctorum, *LUIPOLDI* et *BERCHTOLDI*, larga Dei clementia cooperante transfretationis deſideratum iter agredi volens, quia palmam, qua capitur gloria, finis habet, opportunum et ſaluti proximum fore arbitrans. inter reliqua mundialis rei ordinationem Eccleſiis Dei plurimum vexatis pro poſſe debere reconciliari, ſane praedictam Eccleſiam, Windbergenſem ſcilicet, veluti ſpecialem Teſtamento praeſtantiori praeferens, conferendo ei Eccleſiam *Viechta* legitimo decedente Paſtore domino *Wolfingo*. Addimus et ob reverentiam et dignitatem ipſius Eccleſiae aliam Parochiam in terra *Boemorum*, dictam *Schuctenhofen*, cum villa adjacente *Podmuchl* pari debito et jure poſſidendas. Igitur cujuscunque poteſtate ſeu conſilio huius rei teſtamentum irritum factum fuerit, in extrema examinatione divina ultione puniatur. Facta ſunt haec VIII. Kalend. April præſentibus Miniſterialibus, domino *Heinrico de Pholingen* cum filiis. *Gebehardo Marſchalo*, *Conrado et Henrico fratre ſuo de Nuſſberg*. *Gerhoho de Froimriesperg*. *Heinrico de Prule*, et aliis quam plurimis. Anno gratiæ M CC XXXI II.

Ex Hundio.

Num.

Num. XXV. Eadem conceſſio ex originali.

Anno 1233.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

Filii, qui naſcentur, et exurgent, narrabunt ſucceſſoribus ſuis, quod ego *ALBERTUS* Comes de *Bogen* aduocatus *Windebergenſis* eccleſiae ob meorum enormitatem facinorum larga Dei clementia cooperante transfretationis deliberatum iter proficiſci uolens, quia palmam, qua capitur gloria, finis habet, oportunum et ſaluti proximum fore arbitrans, inter reliqua mundialis rei diſpoſitionem eccleſiis Dei plurimum uexatis pro poſſe reconciliari. Preterea ſupradictam eccleſiam Windebergenſem uidelicet ueluti ſpecialem teſtamento praeſtantiori praeferens conferendo ei eccleſiam in *Viehta*, et alteram in *terra Bohemorum*, quae dicitur *Schvtenhoven* cum uilla adiacente *Podmvokel* dicta iure debito et perpetuo poſſidendas. Facta ſunt haec VIII. Kal. April. praeſentibus miniſtherialibus *heurico de Phoelingen. Gebehardo Marſcalco. Cvnrado de Noſceberg. Heurico de Prule. Gerholdo de fraeinrieſberg.* et aliis quam plurimis. Anno gratiae M. CC. XXXIII.

* Originale cum Sigillo equeſtri Tab. I. N. 2. in quo, ut ut non nihil difracto Rhombi huic familiae proprii tam in ſcuto pectorali et Vexillo, quam in Equi collo ſat clare adparent; ut adeo hallucinatus fuerit celeberrimus *HUNDIUS* dum in ſua

ſua Stemmatographia *Tom. I. p.* 121. in huius Chartae Sigillo Equum ſolutum (*gurren*) videre ſibi viſus eſt.

Num. XXVI. Albertus IV. Comes de Bogen largitur decimas omnium Bonorum.

Anno 1238.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Amen.

ALBERTUS comes de *BOGEN* omnibus in perpetuum. Cum Tractatus quoslibet atque facta memorie digne commendanda et Scripture robore et voce teſtium deceat confirmari. Ad noticiam cunctorum preſentem paginam intuentium cupimus peruenire, quod nos Deo et beate eius genetrici Marie euidens deuocionis noſtre cupientes obſequium exhibere. omnium bonorum noſtrorum decimas. Tritici uidelicet et Siliginis, ordei et auene ac aliorum fructuum cuiuscunque fuerint nominis, quos terra labore et manibus hominum excultà germinat aut profert, eccleſie Winbergenſi contulimus, et firma donatione dari conſtituimus annuatim. Simili modo porcorum et caſeorum, anſerum quoque et pullorum, omnium Bonorum noſtrorum decimam partem praefate eccleſiae libere credimus et donamus ad noſtram ac dilecti domini et *fratris* noſtri (*uterini*) illuſtris *palatini comitis Rheni ducis Bauarie* omniumque parentum noſtrorum in carne uiuentium felicitatem perpetuam et ſalutem, in remedium quoque omnium defunctorum parentum

no-

noſtrorum nec non miniſterialium noſtrorum, et aliorum nobis dilectorum, quorum corpora in cimiterio predicte eccleſie et alias diem nouiſſimum exſpectantia requieſcunt. Hanc donationem fecimus aput forum noſtrum *Bogen* VIII. Id. Ivnii Anno milleſimo CCXXXVIII. Indict. XI. Ad robur quoque firmius huius facti Sigilli *) noſtri impreſſione praeſentem paginam communimus. Teſtibus hiis ſubſcriptis. *Heinricus de Pholinge Chunradus* et *Albertus de Nuzperch. Gebhardus Marſchalcus. Heinricus de Podinge. Dietricus de Purchartsrute. Sighardus et Meingotus de Prunſt. Chuno de Tuſchandorf.* et alii quam plures.

* Originale cum Sigillo equeſtri pendente, difracto quidem, ubi tamen vexillum cum Rhombis diſtincte conſpicitur, prout Vol. XI. horum Monumentorum Tab. IV. delineatum exſtat, et heic quoque Tab. I. n. 2.

Num. XXVII. Fundatio Luminis.

Anno 1242.

Johannes Dei gratia *Abbas* in *Windeberge* et Conuentus. Notum facimus praeſentibus et futuris has literas inſpecturis, quod Dominus *Rvdolfus* ſacerdos et cuſtos praedictae *Windebergenſis* eccleſiae fidem ac deuotionem debitam circa officium ſibi commiſſum declarans, ex licentia et bona voluntate noſtra, et de commmni conſenſu et conſcientia fratrum praedium unum in *Chalbezzen* ſitum, de quo annua-

tim ſex ſolidi ſolui debent, et agros quosdam ibidem qui quondam comitis *LEUPOLDI* fuerant ſub cenſu XXXta denariorum ad augmentum et promotionem officii ſui juſte et rationabiliter acquiſiuit, ita ut ipſe et ſucceſſores ſui eadem bona in pace et quiete perpetua teneant, et inde lumen olei oliuae in eccleſia ardere faciant locis temporibus et horis, prout conſuetudo exigit conſtitutis. Siquis autem hoc factum rationabile at laudabile peruerſe adtemptàuerit retractare, communione ſanctae eccleſiae in hoc ſeculo conſuſus careat, et oratio ejus in peccatum fiat, et in extremis ſuis a corpore et ſanguine Chriſti alienus exiſtat. In futuro quoque ſeculo cum Iuda traditore Domini et Pilato et Anna et Caipha et ceteris reprobis in parte ſiniſtra igne inextinguibili aeternaliter cum diabolo ardeat condempnatus. Ad robur autem firmius huius facti praeſentem paginam duobus ſigillis noſtris decreuimus munienda. Anno Incarnationis Domini Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, Indictione prima. Feliciter Amen.

Num. XXVIII. Confirmatio ducali decimarum.

Anno 1242.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Amen.

OTTO Dei gratia *Palatinus Comes Reni*, *dux Bawariae*. Uniuerſis, ad quos praeſens ſcriptura peruenerit in perpetuum. Sicut mundus eſt tranſitorius, ſic tranſeunt uniuer-

uniuerſa , quae aguntur mundialiter , ſi perpetuō ſcripturarum non fuerint teſtimonio confirmata. Hinc eſt , quod nos fragilitatem attendentes humanam , et aſpirantes connumerari de numero ſaluandorum , conſiderantes etiam Venerabilis patris Domini *Johannis* Abbatis de *Windeberge*, et ſubditorum ſuorum conuerſationem laudabilem et honeſtam, eiusdemque cenobii inæſtimabilem inopiam et jacturam, pro noſtra , et dilectae *Uxoris noſtrae AGNETIS* illuſtris comitiſſae *Palatinae Reni Ducisſae Bauariae*, omniumque parentum , ac heredum noſtrorum ſalute praefatae *Windebergenſi* Eccleſiae omnium bonorum eorum , quae a dilecto *fratre noſtro* illuſtri *Comite de BOGEN* nos contingunt , et cedere nobis debent. decimas *) ad honorem Dei et glorioſiſſimae matris ſuae , et aliorum ſanctorum ibidem quieſcentium ex liberalitatis noſtrae gratia libere tradimus , et donamus et donationem huiusmodi ad cautelam maiorem praeſentis noſtri ſcripti teſtimonio , et patrocinio commnnimus. Et ne in poſterum aliquorum maliuolorum aduerſitas praeſens factum ualeat irritare , praeſentem paginam noſtri , et dilectae coniugis noſtrae ſigillorum muniminibus fecimus inſigniri. Data per manum *Vlrici notarii noſtri* coram hiis teſtibus *Hoholdo de Nidekke Alhard de Preiſingen*, *Sifrido de Vruwenberc*, *Sifrido Aſino*. et de Clericis *Heinricus praepoſitus monaſterienſis*. *Gotfrido Capellano* noſtro , *Swikero Notario* noſtro , et alii quam plures. Actum apud *Lantſhout*.

Anno Incarnationis Dominicae milleſimo ducenteſimo quadrageſimo. Tertio Kalend. Auguſti.

*) Has decimas jam prius Anno 1238. donaverat Albertus IV.

Num. XXIX. Proviſio pro officio Cuſtodis.

Anno 1253.

In nomine Domini Amen.

Cum multa rerum geſtis calumpnia multociens ſoleat ſuboriri, neceſſe eſt quaelibet acta hominum memoria digna ſcripturae robore confirmari. Nos igitur *Heinricus* Dei gratia Abbas de *Windeberge* et conuentus. Notum facimus uniuerſis praeſentia inſpecturis, quod frater *Rudolfus* eccleſiae noſtrae cuſtos fidei ac deuotionis ſuae perſeuerantiam circa officium ſibi commiſſum prouide manifeſtans, de noſtra conſcientia et uoluntate bona, de communi quoque fratrum conſilio et conſenſu inter cetera prouidentiae ſuae opera ſubſcripta praedia ſingulis annis cenſum ſoluentia ſubnotatum, iuſte et rationabiliter acquiſitum, ita ut officio cuſtodiae perpetuo debeant attinere, et pradictum cuſtodem ſuosque ſucceſſores iure reſpiciant ſpeciali. Haec ſunt nomina praediorum cum cenſu ſuo. *Chalbetzen* ſeptem ſolidos. *Guntinge* ſex ſolidos. Curia dicta *houe* dimidium talentum, et XII. denarios, minus praedium adtinens eidem curiae praeter num denarium XXXta denarios, molendinum ibidem X. dena-

denarios minutos. ſex ſolidos. Poſtmodum nos *Heinricus* abbas fratre *Hertwico* eccleſiae noſtrae priore et cuſtode diligentius procurante, et omnium fratrum noſtrorum uoluntate et conſilio accedente praedium unum in *prvonin* ſex ſolidos annuatim in cenſu ſoluens ſupradicto officio cuſtodiae contulimus ſub hac forma, ut eccleſiae noſtrae cuſtos tunc pro tempore exiſtens idem praedium in ſua ſpecialiter habeat poteſtate, et ex ipſius prouentibus ſingulis annis in feſto ſancti *Sabini* epiſcopi et martyris, cuius corporis reliquiae ad eccleſiam noſtram quondam translatae apud nos integraliter continentur honeſtam corporalis refectionis conſolationem uniuerſo noſtro conuentui ſtudeat exhibere. Siquis autem haec facta ſolemnipter, et laudabiliter confirmata quocumque modo praeſumpſerit retractare, communione ſanctae eccleſiae in hoc ſaeculo confuſus careat, et oratio eius in peccatum fiat. Et in extremis ſuis a corpore et ſanguine Chriſti alienus exiſtat. In futuro quoque ſaeculo cum Iuda traditore Domini et ceteris reprobis in parte ſiniſtra igne inextinguibili aeternalite cum dyaboio ardeat condempnatus. Ad robur autem omnium, quae praemiſſa ſunt, duobus ſigillis noſtris praeſentem paginam communimus. Datum apud *Windeberge* anno Domini M. CC. L. III. Indictione XI. VI. Kal. Marcii. Hi ſunt teſtes. *Haertwicus Prior et Cuſtos. Chvonradus ſuprior. Bertboldus circator. Rvopertus ſacerdos et canonicus. Chvono* ſacerdos *Fridericus* ſacerdos. *Hermannus Camerarius. Bertholdus* ſacerdos. *Rvodgerus ſcolaſticus.* Frater *Chvonradus cellerarius.* Laici. *Haeinricus*, et *Rvopertus de Tuſſhanſtorf. Haeinricus Vngarus.*

Hacinricus hollandus. Alhardus. Pertoldus piſtor, et alii quam plures.

Num. XXX. Confirmatio legati, ſuperaddita donatione.

Anno 1295.

Nos *OTTO* Dei gratia palatinus comes Reni. Dux Bavarie, tenore preſencium profitemur, quod aduertentes indefeſſam obſequiorum promptitudinem, quam Venerabilis Abbas et conuentus de Wimberg quondam Kariſſimo patri noſtro inclite recordacionis exhibuit, et per conſequens de die in diem nobis et fratribus noſtris Kariſſimis adhuc exhibet inceſſanter. Cui deuocioni obſequiorum volentes continuis noſtris fauoribus reſpondere, illas tres curias in *hinterberg*, quas fidelis noſter de *phoeling* tempore ſui obitus legauit pro remedio eccleſie Wimbergenſi, cum predictis fratribus noſtris *Lud. ovico* et *Steph. ano* eidem Monaſterio quoad proprietatem cum omnibus partibus ſuis queſitis et inquirendis donavimus irrefragabiliter poſſidendas, eo ſaluo, quod predictus Abbas et conuentus *Agneti* Vxori fidelis noſtri Al. *berti Satelpogerii* ſingulis annis vnam ſchapfam Siliginis et LX. den. Ratisbon. ſoluere debent pro tempore. Vite ſue. Ea vero decedente ſepefata eccleſia Wimbergenſis a ſolucione premiſſa, per quoslibet erit libera et immunis. In cuius rei teſtimonium preſens Inſtrumentum ipſi ecclе-

eccleſie dedimus Sigilli noſtri robore communitum. Datum *Strvbinge* Anno Milleſimo CC. L XXXX. quinto proximo die dominico poſt Epiphaniam Domini.

Originale cum Sigillo Lacero.

Num. XXXI. Confirmatio arbitramenti.

Anno 1197.

Wir *OTT* vnd *STEPHAN* herzogen ze *Bairen vnd Pfallenzgrauen bi dem Rhein* tun chunt allen den, di diſen Brif anſehent oder hörent leſen, daz ein Chrieg war zwiſchen vnſerm herren dem Aptt von *Wimberg*, vnd dem Gotshaus da ſelben von einem tail, vnd vnſerm Dienſtman der *Stainberger* von dem andern tail vmb ein roſſwaid, der der *Stainberger* iahen, di ſi hieten auf der *aue* zwiſchen *Wimberg* vnd *Stainberch*. Zu denſelben ſachen, vnd zu demſelben Chrieg ſchuffen wir von vnſerm Gewalt *Albrechten vnſern vitztum* von *Strubing*, daz der di chunſchaft hören ſold, vnd gaben im gantzen gewalt darvber, ſwi er die ſache verrihtt zwiſchen dem Aptt von *Wimberg*, vnd dem *Stainberger* mit mum oder mit dem rehten, daz daz vnſer Gut will wær. derſelb *Albrecht* vnſer viztum hat di ſelben ſache mit ſchidung verrihtt von beden tailen alſo, daz die *Stainbergær* allze durhſlæht von der Anſprah vnd von der vordrung, vnd von dem chriegen geſtanden ſint, alſo daz ſi noch ir erben dchain vordrung, noch dchain anſprach fürbaz darauff mimner mer haben ſöln, vnd ſol der Aptt von *Wimberg* ſwer aptt da iſt, ſinen herren in dem chloſter iærchlich

elich des næhſten tags nah ſant Pavlstag , als er bechert ward an dem abent ſchenchen , vnd des morgens viſch vnd wein geben mimner mær ewichlich an dem vorgenanten Tag , den vor genanten Stainbergærn ze einem ſelgeræt vnd ir vorvodern, vnd allen den, di ir rat vnd ir ſürdrung darzv gegenben habent. daz div oben geſchriben ſache ewichlich ſtæt beleib , haben diſen brif ze einem Vrchund darvber gegeben , vnd haben den haizzen verſigeln mit vnſern inſigeln , vnd mit *Albrechts* vnſers Viztums inſigel, der der ſache ſchiedman geweſen iſt, vnd mit der *Stainberger* inſigel verſigeln. daz iſt geſchehen da von Chriſt geburd waren tauſent iar , zwai hundert , vnd in dem Siben vnd nivnzikſten iar des Samztags nah ſant *Gregori* takh.

Num. XXXII. Donatio decimarum in Hunderdorf.

Anno 1297.

Nos *CHVNRADUS* Dei gratia Eccleſiae *Ratisponenſis* Epiſcopus vniuerſis praeſentia inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Sicut omnibus Eccleſiis ſeu Monaſteriis noſtrae dioeceſis in promocionum vbertatibus, et beneficiorum diffuſionibus , quantum nobis deſuper datum et poſſibile fuerit , teneamur , ſpecialius tamen ad hoc illis aſtringimur, quos et ſeruor religionis et hoſpitalitatis honorificentia condecorant. Deuocione igitur dilectorum in Chriſto *Heinrici* venerabilis Abbatis et Conuentus in *Wimmberg* ordinis praemon-

monſtrat, quam iidem nobis et Eccleſiae *ratisponenſi* multipliciter exhibuerunt, et inpoſterum exhibebunt, fauorabiliter inclinati, vniuerſos et ſingulos prouentus maiorum decimarum in *hunderdorf*, quarum proprietas ad nos ſeu *Ratisponenſem* Eccleſiam ſpectabat, quas etiam olim *Vlricus Peſingarius*, et *Vlricus dictus Pavngarter* ab ipſa noſtra Eccleſia tenebant in feodum, et ad manus Kariſſimi quondam Domini *HEINRICI* prædeceſſoris noſtri ſpontanee reſignauerunt, easdem in dictum Monaſterium transferri ſuppliciter poſtulantes, vna cum praediolo in *Steten*, eiusque attinenciis, quod *Chvnradus* filius *Alberti Nuſpergarii* tenuit ab Eccleſia noſtra in feodum, et ad manus noſtras ſimiliter reſignauit, ſpecialiter diuinae remuneracionis intuitu cum omni jure et utilitate, quae nobis ſeu Eccleſiae Ratisponenſi in eisdem decimis ac praediolo competebant, praedictis Abbati et conuentui de conſenſu venerabilis capituli noſtri Ratisponenſis donauimus, et donamus, pro dictorum fratrum vſibus et vtilitatibus percipienda, et ab eis de cetero proprie etatis tytulo perpetuo poſſidenda. In cuius rei teſtimonium praeſentes damus litteras noſtri et venerabilis capituli noſtri ſigillorum munimine roboratas. Dat. Ratisp. Anno Domini Milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo ſeptimo. XII. Kalend. Aprilis.

Num. XXXIII. Immunitas a Theloneo.

Anno 1327.

Wir *Heinrich*, *Ott* vnd *Heinrich* von Gottes Gnaden *Pfalzgrafen ze Rhein vnd Herzogen ze Bayern*, verichen offenbar an dem Brieff vnd thuen khund allen den die ihn ſehen oder hôrent lesen, das mir angeſehen haben den groſſen ſchaden vnd gepreſten, den gelitten hat das erwerge Gotteshaus ze *Windberg* von dem Krieg, der zwiſchen vnser geweſen, vnnd ob wir von vnſeren Gnaden zu desſelben Gotteshaus widerbringung nicht getracht nach gedacht haben, oder nachgedaechten, das es von unwiderbringlichen gepreſten zu ewiger verderbnus khommen wer. Nun haben wir mit verdachten muet demſelben gottshaus die Gnad gethan, das sie alle Jahr wan sie wôllent in dem jahr zu einem mall fuhren ſollen zway pfund Salzwayts vnnd acht pfund khlaines Bandts frey vor Mauthen zu *Burckhauſen* vnnd zu *Scherding* vnd vor allen zollen vnnd aller vodrung, alſo das wir ſie nach khain vnser Ambtman daran nicht pfrengen nach irren ſollen, vnd ſoll auch ihn dieſelbe Gnad ewiglich ſtätt beleiben. Sie ſollen auch die obgenannt freyung jährlich führen mit allen ehren vnnd rechten, als andere Gottshäuſer thuen die ſolche gethane gnad von vns ewiglich habent, vnd das ihn alſo ſtätt vnzerbrochen beleib.

Darüber zu einem vrkhund vnd zu einer ſtattigkait geben wir ihn den Brieff. versiglet mit vnſern Insigln. Das

iſt

iſt geſchehen zu *Straubing* do man zelt von Chriſtes geburt Drey zehen Hundert Jahr, vnd in dem ſiben vnd zwainzigſten Jahr, an ſanct Ulrichstag.

Ex Hundio Gewoldi.

Num. XXXIV. Conceſſio Aſyli in Soſſau.

Anno 1335.

Wir *Heinrich* von Gottes Gnaden *Pfalzgraf ze Rhein vnd Herzog in Bayrn*, verichen offenbar an dem Brieff vnd thuen khunt allen den die ihn ſehen oder hörent leſen, das wir den erbergen Gotteshaus ze *Soſſau* bey *Straubing*, darinne vnſer Fran raſtet, durch vnser vodern Seel vnd auch durch vnſer ſelbers vnd all unſerer nachkommen Hayll vnd ſalden willen von vnſeren beſunderen Gnaden die gnad gethan haben, Alſo das wir wollen wellich Mann oder Frau darin geflohen khumbt vmm welcherlay ſchuld vnn ſach dz geſchicht, wie die genand iſt, dz derſelb Menſch darin von vns von vnseren Ambtleutten vnn gemainklich von allen leuten frey vnn ſicher ſoll ſein, vnn ſollen wir, vnſer Viztumb, noch kain vnſer Amntmann dieſelben Leut die darinn geflohen ſind nit herausnemmen, noch mit nicht nach ihn ſtellen, dieweil ſie darin ſind, darzu haben wir dem vorgenannten Gotteshaus die Gnad gethan. das wir wollen das es noch die Haab vnd Guet die darzu gehörent, wie die genant ſint für den Abbt zu *Windberg* khein pfand

ſein, vnd es auch für den von Windberg von vnseren Vizthumben, von vnsern Richtern von allen vnseren Ambtleuthen vnd gemain Khlich von allen leuthen vnbeſchwert vnd vnbekranckt ewiglich ſoll beleiben, das den vorgenanten Gotteshaus zu *Soſſau* die vorgeſchrieben Gnad alle von vns, von vnſeren Erben, von allen vnſern nachkommen vnd von allen vnſeren Ambtleuten ewiglich ſtätt vnd vnzerbrochen beleiben.

Darüber zu einen ewigen Vrkhund geben wir jhm den Brieff mit unsern Inſigel verſiglet. Der iſt geben zu Straubing da man zelt von Chriſtus Geburt dreyzehen hundert Jahr, darnach in dem fünff und dreyſſigiſten Jahr, des nechſten Freytags vor ſanct *Margarethentag*.

Ex Hundio Gewoldi.

Num. XXXV. Donatio auriſodii in Bohemia.

Anno 1344.

Quoniam literarum indiciis ac reuerentia et probitate teſtium plurimae controuerſiae atque diſceptationes praecauentur. Igitur Nos *Wilhelmus* dictus *de Straconicz* vniuerſis praeſens ſcriptum viſuris et audituris cupimus fieri notum, quod nos maturo conſilio praehabito ac de bona voluntate noſtra contulimus, et ſub fideli recommiſſione donantes reſignauimus, et praeſentibus reſignamus dilecto nobis

bis et diſcreto viro Jacobo , antiquo Iudici ciui de *Sicca* ceterisque ydoneis viris ſuis ſociis , quos nunc habet , aut quos habiturus erit ac ipſorum haeredibus , auriſodium ſeu meatum et fluxum aquae cum fundo noſtri fluminis iuxta noſtram ciuitatem *horawicenſem* ſituatum , quod a molendino *ffreytlini* ſe protendit , antiquum et vltimum vſque ad foſſatum dictum vulgariter *Solgraben.* cum Juribus et pertinenciis ſibi annexis et adiacentibus vniuerſis quaeſitis ſiue non quaeſitis tam minimis quam maximis vtilitatibus et lucris aurifodinarum quocunque nomine nuncupatis , atque ad ipſius aurifodii proprietatem ex Jure ſeu conſuetudine , ſeu fluxum aquae dinoſcuntur pertinere , ad exſiccandum ipſum fluxum et fundum aquae , et elaborandum per antedictum Jacobum et ſocietatem ſuam , haereditarie et proprietarie idem auriſodium tenendum et poſſidendum , quousque per ſucceſſum temporis ipſe labor aurifodii in metis et terminis praeſcripti inferioris et vltimi foſſati ceſſet et finiatur. Hiis tamen adiunctis condicionibus et pactis , quod poſtquam ſupradictus *Jacobus* antiquus Judex cum conſociis ſuis eisdem aurifodii laboribus per omnia debite et expedite diſpoſitis, vltra omnes ſuos labores impenſos , ad lucra viſibilia atque certa Dei ſauente clementia peruenerint , Nos ſub obtentu fidei noſtrae et honoris præſentibus ſpondemus , et ratum tenere volumus , ad ſaepedicti *Jacobi* conſilium , cui in huiusmodi labore aurifodii plena et ſincera fide confidimus, et de ipſo ſpecialem fiduciam habere promittimus , praelibatum aurifodium vendere Ipſi ſuisque ſociis , neque magis neque minus ab ipſis quicquam pecuniae expoſcendo, ni-

ſi quantum ſaepe fatus Jacobus pecuniae de ipſo aurifodio nobis et ſucceſſoribns noſtris porrigendum ordinauerit et donandum, et in eo contentari et ſufficere promittimus omni procul moto fraudis dolo, et obſtaculo litis et contradictionis. Inter cetera promiſſimus bona noſtra fide, nullis detractorum verbis ſeu inuidioſis accuſationibus aurem et fidem credulam adhibere de *Jacobo* ſaepe fato, qui ipſum ratione inuidiae aut alterius malitiae aput nos forſan vellent diffamare, id minime, ſi fierit. quod abſit, aduertere proponimus, nec curamus, præſumentes de ipſius diſcretione, quod noſtrum profectum commodum et honorem in huiusmodi aurifodii negotiis et ſociorum ſuorum fideliter promoueat, bene diſponat, et pertractet. Quo circa promiſimus, ipſum *Jacobum*, et ſocietatem eius cum ipſorum haeredibus ab omni impedimento noſtro noſtrorumque ſucceſſorum ac aliorum hominum moleſtia, et ab iniuria qualibet illaeſos et penitus indempnes in ſuis laboribus conſeruare, et a quouis errore litis, quocienscunque opus fuerit, extrigare et fideliter defenſare. Jure et manu noſtra mediante, volentes etiam, vt nullus hominum ſe de praeſcriptis virorum laboribus in nulla ſui parte intromittere debeat aut praeſumat, niſi de conſilio et fauore ipſius Jacobi, ſed ab ipſo eundem laborem emat, et comparet, prout Jus foſſati poſtulat et requirit. Praeterea adiecimus, quod ſi Jacobus in vita non eſſet, tunc de conſilio proborum virorum, et teſtium ſubſcriptorum debemus ab iſtius laboris conſociis omnia Jura ſuſcipere, et rata tenere, prout in ſua fide nobis conſulant, et diſponant. Huius uero collationis et tracta-

tus

tus ſunt teſtes diſcreti et uobiles viri Dominus *BUSKO de CZEKFN*, Dominus *Rudolphus de Cehniz*, et *HAINRICUS cognatus Sweykeriſſe Judex de Straconicz*, et quam plurimi fide digni. Vt autem hæc donatio collationis non valeat inpoſterum per nos et per ſucceſſores noſtros aliqua temeritate retractari, decreuimus praeſens ſcriptum ſub ſigilli noſtri appendencia conſignandum.

Datum et Actum anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo quarto, in die ſancti *Viti* martyris glorioſi.

Num. XXXVI. Confirmatio regia Poſſeſſionum in Bohemia.

Anno 1347.

KAROLUS Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, et *Boemiae* Rex. Notum facimus vniuerſis, quod pro parte Religioſorum virorum Abbatis et Conuentus Monaſterii in *Winberg*, Ordinis Præmonſtraten. Ratisponenſis Dioceſis nobis eſt humiliter ſupplicatum, quatenus nos donacionem eccleſiae in *Albrekczried*, nec non Jurium et pertinenciarum eiusdem eccleſiae poſitarum in regno noſtro inter Ciuitates *Schutenhofen*, et *Reichenſtein* factam pio intuitu Monaſterio ſupradicto per nonnullos piae recordacionis Reges Boemiae prædeceſſores noſtros, quasque Eccleſiam iu-

ra et pertinencias ipſius ad ipſum Monaſterium in *Winberg* ex donacione praedicta, informacione ſufficienti et documento legitimo didicimus pertinere, de noſtrae celſitudinis gratia innouare, ratificare, et confirmare, noſtris ſpecialibus litteris dignaremur. Nos igitur redemptoris omnium genitricis, cuius vocabulo praefatum Monaſterium inſignitur, digna veneracione propenſius animati cupientes ipſum et loca quaelibet eius decorata vocabulo in ſuis libertatibus et Juribus confouere, et condignis cum poſſumus fauoribus ampliare, pro noſtra ac praedeceſſorum noſtrorum animarum ſalute, donacionem praedictam Eccleſiae in *Albrehczried*, ac Jurium et pertinenciarum ſuarum omnium factam ut praefertur Monaſterio ſupradicto, de mera liberalitate et ex certa ſcientia innouamus, approbamus, et confirmamus ac praeſentis ſcripti patrocinio roboramus, decernentes ipſam ex nunc in antea perpetuis temporibus eſſe validam et tenere, litteris, gratiis, conceſſionibus, mandatis ſeu promiſſionibus, cuicunque, vel quibuscunque perſonae vel perſonis, cuiuscunque ſtatus dignitatis aut condicionis exiſtant, ſiue fuerint Eccleſiaſticæ ſiue mundanae, datis, traditis aut conceſſis, ſeu dandis, fiendis aut concedendis in poſterum generalibus vel ſpecialibus quacunque cauſſa vel occaſione, et ſpecialiter propter gwerarum aut diſcordiarum fomites, ſi quos forſitan inter terras Boemiae et Bauariae et vtriusque terrarum incolas ſuboriri contingeret, praeſentibus litteris contrariis quibus huic donacioni noſtrae poſſet temporaliter vel ſpiritualiter obuiari, non obſiſtentibus quibuscunque, quas ex nunc tanquam vanas, vacuas et inutiles nullius eſſe volumus

lumus roboris, aut momenti, et viribus totaliter vacuamus. Requirimus igitur et hortamur haeredes noſtros, ſi quos diuina fauente clementia habere eos contigerit, ſucceſſoresque noſtros chariſſimos: Capitaneis nihilominus, Camerariis aliisque noſtris vniuerſis et ſingulis officialibus et ſubiectis praeſentibus et futuris ſerioſe mandantes noſtræ gratiæ ſub optentu, quatenus ſaepe dictum monaſterium in præmiſſis innouacione, donacione, gratiis, et dominio manuteneant et conſeruent. Nullus itaque omnino hominum hanc noſtrae innouacionis et donactonis paginam temere infringere audeat, vel præſumat, quod qui præſumpſerit, ſe indignacionem noſtram et poenam pro motu regio infligendam nouerit utique incurſurum. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum praeſentibus eſt appenſum.

Datum *Pragae* Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Kalend. Octobris. Indictione XVa. Regnorum noſtrorum anno ſecundo.

Num. XXXVII. Confirmata incorporatio Parochiæ Viechtach.

Anno 1390.

BONIFATIUS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad futuram Rei Memoriam.

Sacre religionis, ſub qua dilecti filii Abbas et Conuentus Monaſterii beate Marie in *Wyndberg* Premonſtratenſis ordinis Ratisponenſis Dioec. deuotum et Sedulum exhibent Domino famulatum, promeretur honeſtas ut uotis eorum prælertim illis, per que ipſorum quieti, et commoditatibus conſulitur fauorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dictorum Abbatis et Conuentus petitio continebat quod olim bone memorie *HEINRICUS* Epiſcopus *Ratisponenſis* ex certis cauſis tunc expreſſis parrochialem eccleſiam in *Viehtach* dicte Diœceſis cuius iuspatronatus ad eosdem Abbatem, et Conuentum pertinebat et cuius ducentarum Marcharum argenti fructus redditus et prouentus ſecundum communem exiſtimationem ualorem annuum ut afferitur non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinenciis ſuis certis conditionibus tunc adiectis auctoritate ordinaria de conſenſu etiam dilectorum filiorum Capituli Ratisponenſis donauit tradidit et aſſignauit et in ipſum Monaſterium tranſtulit ac transfudit pleno iure annexione perpetua perenniter ipſi Monaſterio adheſuram. Ita quod in ea per perpetuum Vicarium in Spiritualibus Domino laudabiliter ſeruiretur, prout in patentibus litteris dictorum Epiſcopi et Capituli Sigillis munitis plenius continetur. Ipſique Abbas et Conuentus uigore litterarum huiusmodi dictam eccleſiam aſſecuti, illos extunc per centum annos et ultra poſſederunt prout poſſident pacifice et quiete.

Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, ipſi Abbas et Conuentus qui etiam multi ſunt numero magnam hoſpi-

pitalitatem habeant continuo ſupportare et ipſius Monaſterii edificia poſſeſſiones et bona ſtabilia ſint collapſa et plurimum deformata. et propterea reparatione indigeant ſumptuoſa, ipſique Abbas et Conuentus dubitent ſuper eccleſia predicta poſſe impoſterum moleſtari, pro parte ipſorum Abbatis et Conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut non obſtante, quod forſan in litteris predictis iuris ſolemnitates que in talibus requiruntur, omiſſe fuerint et predicte littere que alias iuxta morem patrie confecte fuerunt publici Tabellionis manu minime ſint ſubſcripte eisdem litteris et contentis in eis robur apoſtolice confirmationis adycere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur uolentes preſatos Abbatem et Conuentum ac Monaſterium premiſſorum intuitu fauoribus proſequi gratioſis huiusmodi ſupplicationibus inclinati predictas litteras ac omnia et ſingula in eis contenta rata habentes et grata, illa auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Supplentes defectus ſuperius expreſſos. Proviſo tamen, quod ſi pro huiusmodi Vicario de predictis fructibus redditibus et prouentibus eiusdem parochialis eccleſie non fuerit reſeruata reſeruetur congrua portio de qua ualeat congrue ſuſtentari, Epiſcopalia iura ſoluere et alia ſibi incumbentia onera ſupportare. Tenor uero earundem litterarum talis eſt. „ Inbecillitas conditionis humane, non preualet „ ſpiritualibus utiliter proficere inſtitutis, niſi temporalibus „ auxiliis foueatur, nam dum religionis rigor infligitur ne- „ ceſſe eſt, vt eam cuſtodientibus, ne ieiuni in via defi- „ ciant, quibusdam intermediis conſolationibus conſulatur.

„ Et ideo nos *HEINRICUS.* Dei gratia *Ratiſponenſis Epiſ-*
„ *copus*, conſiderantes, quod pietatis opera nuſquam feli-
„ cius impenduntur, quam adtenuatis monaſteriis in quibus
„ nomen Domini in ſecula Benedictum, Diebus et noctibus
„ collaudatur, et ut congregationi pauperum ſecundum ſcrip-
„ ture conſilium, nos benignos et placidos prebeamus, Pro
„ augmento cultus diuini. Ad Eccleſiam ſancte Marie Dei
„ genitricis in *Winnberg* ordinis Premonſtratenſis noſtre
„ Dyoceſis, ſpeciales noſtros intuitus conuertentes, ac di-
„ latare eiusdem eccleſie redditus cupientes, Propter in-
„ ſtanciam, Venerabilis in Chriſto fratris. H. Abbatis,
„ qui nunc ibidem Abbatie gubernacula moderatur, Parro-
„ chialem eccleſiam in *Viehtach.* noſtre Dyoceſis, in qua ſo-
„ lum ius patronatus, ſine perceptione quorumlibet fru-
„ ctuum. Ad Abbatem ipſius eccleſie antea pertinebat,
„ de communi noſtri Capituli Beneplacito ac conſenſu pre-
„ dicte *Winnbergenſi* eccleſie quamprimum ipſam Parro-
„ chiam ex ceſſione uel obitu, *Heinrici plebani.* dicti *de*
„ *Welchenberg* nunc exiſtentis ibidem uacare contigerit,
„ cum omnibus ſuis adtinenciis cultis et incultis, queſitis,
„ et inquirendis, redditibus, poſſeſſionibus, prouentibus et
„ obuentionibus quibuscunque, ex nunc donamus, tradimus
„ et aſſignamus, in ipſam quoque *Winnbergenſem* eccle-
„ ſiam liberaliter transferimus pleno iure, annexione per-
„ petua perhenniter ipſi Monaſterio adheſuram.

„ Sic, quod Abbas exiſtens pro tempore, perſonam
„ ydoneam probabilem et honeſtam, que ſit in ſacris ordi-
„ nibus

„ nibus conſtituta, et ſub pena priuationis beneficii ſequen-
„ tis gradus ordines in continuis quatuor temporibus, ſuſ-
„ cipere non moretur donec gradum ſacerdocii conſequa-
„ tur nobis et noſtris ſucceſſoribus. de cetero debeat pro
„ Vicario perpetuo preſentare. ad parrochiam ſepe dictam
„ per noſtre ſedis Epiſcopum confirmandam ſi confirmatione
„ Viſa fuerit eſſe digna. Qui quidem Vicarius ibidem fa-
„ ciet reſidenciam corporalem. Sed idem Vicarius in omnem
„ euentum ſoluet preſate *Winnbergenſi* eccleſie ſex libras
„ denariorum Ratisponenſium ſingulis Quatuor temporibus
„ omni anno, que faciunt Vigintiquatuor libras annuatim
„ adinuicem computate. Quarum qui Vigintiquatuor libra-
„ rum, erunt decem libre ad manus. Abbatis. alie decem
„ libre pro cottidianis conſolationibus ſeu pitancys ad Con-
„ uentum. que dabuntur eisdem, quamdiu durare poterunt
„ et extendi. Relique autem quatuor libre ad Infirmariam
„ pro debilium prouiſionibus aſſignande, Et ut pro gratia
„ facta prefato Monaſterio in premiſſis debeamus fructum
„ aliquem reportare preter penſionem predictarum Vigin-
„ tiquatuor librarum. In quolibet Anniuerſario die noſtri
„ Obitus per Conuentum ſicut promiſit perpetuo celebrando,
„ prenotatus Vicarius dabit eodem die pro conſolatione di-
„ ſtribuendam Conuentui vnam libram, ut ſic in ſumma Vi-
„ gintiquinque librarum colligatur totalitas penſionis per
„ prelibatum Vicarium anno quolibet perſoluenda. Si quan-
„ do vero ſolutionem debitam penſionis neglexerit Vicarius
„ in terminis conſtitutis, pro qualibet negligentia ſuſpen-
„ ſus erit ab ingreſſu eccleſie donec de retento per eum ſuc-

 „ rit

„ rit ſatisfactum. Si autem penſionis diſpenſatio ſupradicte,
„ ſcilicet. ad Conuentus pitanciam aut pro debilibus. ad in-
„ firmariam ſeu noſtri Anniuerſarii celebrationem neglecta
„ fuit uel omiſſa, uel ſi Abbas in diſtributionibus ſic ex-
„ preſſis, quicquam preſumeret diminuere uel mutare, ex-
„ tunc per vnius anni continuum ſpacium, toties quotiens
„ non fuerint obſeruata predicta uel quodlibet premiſſorum
„ tota penſione carebit Monaſterium ſupradictum, et cedet
„ integraliter fabrice noſtre Kathedralis eccleſie Ratispo-
„ nenſis.

„ Inſuper nec Abbas nec Conuentus Loci, ſed ſolus
„ Vicarius tenebitur ad iura Epiſcopalia Kathedraticum et
„ collectas ac procurationes Legatorum ſeu nuntiorum ſedis
„ apoſtolice perſoluenda. Et quandocunque continget, in-
„ poni a predicta ſede apoſtolica decimam generalem. Ab-
„ bas. et Conuentus predictos prouentus ſuos tantum, Vi-
„ carius autem pro ſe ſuos redditus decimabunt. In cuius
„ rei teſtimonium et euidentiam pleniorem preſens Inſtru-
„ mentum confici placuit et Sigillis, noſtro videlicet et Ca-
„ pituli noſtri predicti robore comuniri, Datum et Actum
„ *Ratispone* Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſi-
„ mo ſeptimo. In Die *Bartholomei* Apoſtoli. “

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis et ſuppletionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apoſto-

Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Rome* apud Sanctum Petrum VIII Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno Primo.

Num. XXXVIII. Admiſſio Præſentationis.

Anno 1404.

BONIFATIUS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Dilecto Filio. . Abbati Monaſterii in *Superiori Altha Ratisponenſis* Dioceſis ſalutem et apoſtolicam Benedictionem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis ſe reddat ſedes Apoſtolica gratioſam quibus ad id propria uirtutum merita laudabiliter ſuffragantur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii *Alberti Nuſperger Canonici eccleſie Ratisponenſis* petitio continebat quod olim perpetua Vicaria parrochialis eccleſie in *Viechtach* Ratisponenſis Dioceſis quam quondam *Eberbinus Degemberger* ultimus ipſius eccleſie Vicarius dum uiueret obtinebat per eiusdem *Eberbini* obitum qui extra Romanam Curiam deceſſit uacante, dilecti filii *Nicolaus* Abbas et Conuentus Monaſterii in *Wyndberg* ordinis Premonſtratenſis dicte dioceſeos cum ad Abbatem ipſius Monaſterii pro tempore exiſtentem et dictos Conuentum perpetui Vicarii ad ipſam eccleſiam preſentatio de antiqua et approbata ac hactenus pacifice obſeruata conſuetudine pertineat dictum *Albertum* Venerabili fratri noſtro

Jo-

IOHANNI Epiſcopo *Ratisponenſi* ad eandem Vicariam infra tempus legitimum preſentarunt, idemque Epiſcopus dictum *Albertum* in perpetuum Vicarium eiusdem eccleſie auctoritate ordinaria inſtituit, ipſeque *Albertus* uigore preſentationis et inſtitutionis huiusmodi eandem Vicariam pacifice aſſecutus eam ex tunc tenuit et poſſedit prout tenet et poſſidet de preſenti.

Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat prefatus *Albertus* dubitet preſentationem et inſtitutionem predictas ex certis cauſis uiribus non ſubſiſtere et ſicut accepimus Vicaria predicta adhuc ut prefertur uacare noſcatur. Nos uolentes eundem *Albertum* qui ut aſſerit *ex utroque parente de militari genere procreatus* exiſtit apud nos de nobilitate generis ũite ac morum honeſtate aliisque probitatis et uirtutum meritis multipliciter commendatus horum intuitu fauore proſequi gratioſo diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ſi per diligentem examinationem dictum *Albertum bene legere bene conſtruere et bene cantare ac congrue loqui latinis uerbis* et alias ydoneum ad eandem Vicariam obtinendum eſſe reppereris, uel etiam ſi ipſe *Albertus* non bene cantaret Dummodo in tuis manibus iuret ad ſancta Dei euangelia quod infra annum a tempore examinationis huiusmodi computandum bene cantare addiſcet ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus Vicariam predictam cuius fructus redditus et prouentus Quindecim Marcharum argenti puri ſecundum communem exiſtimationem ualorem annuum ut ipſe *Albertus* aſſerit non excedunt ſiue premiſſo

ſiue

ſiue alio quouis modo aut ex alterius cuiuscunque perſona aut per aſſecutionem alterius beneficii eccleſiaſtici quacunque auctoritate collati ſeu per liberam reſignationem alicuius per eum et illa in predicta Curia uel extra eam etiam coram Notario publico et teſtibus ſponte facta aut per conſtitutionem felicis recordationis *JOHANNIS* Pape XXII predeceſſoris noſtri que incipit Execrabilis ſeu per caſſationem et annullationem unionum XI Kalend. Januar. Pontificatus noſtri anno Quartodecimo factas uacet etiam ſi tanto tempore uacauerit quod eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta conc lii ad ſedem predictam legitime deuoluta uel ipſa Vicaria ex eo generaliter quod aliquis ipſam tunc obtinens eam in quemuis euentum ex uoluntate ſedis predicte uel alias dimittere tenebatur ſeu alias diſpoſitioni apoſtolice ſpetialiter reſeruata exiſtat et ſuper ea inter aliquos lis cuius ſtatum preſentibus haberi uolumus pro expreſſo in dicta Curia uel alibi pendeat ſeu remanſerit indeciſa, et ille ex cuius perſona ultimo uacauit ſedis predicte Capellanus Notarius Nuntius uel alias officialis aut fructuum et prouentuum Camere apoſtolice debitorum Collectorum uel Succollectorum ſeu apoſtolicarum Abbreuiatorum uel earundem ſeu Penitentiarie noſtre litterarum, ſcriptorum, aut alicuius ex Venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romane eccleſie Cardinalibus familiaris ſeu in palatio noſtro ſeruitorum fuerit, aut damnate memorie *ROBERTO* olim *Baſilice Duodecim Apoſtolorum probro Cardinali tunc Antipapa*, qui ſe *Clementem VII.* Auſu ſacrilego nominabat uel aliis per proceſſus apoſtolicos condemnatis adheſerit prelato *Alberto* dummodo ipſe in ea-

dem Vicaria intruſus non fuerit et tempore datarum preſentium non ſit in ea alicui ſpetialiter ius queſitum cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis auctoritate noſtra conferas et aſſignes Inducens per te uel alium ſeu alios eundem *Albertum* uel procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Vicarie iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, ſibique faciens de ipſius Vicarie fructibus redditibus prouentibus iuribus et obuentionibus uniuerſis integre reſponderi. Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus tam pie memorie *BONIFATII Pape VIII.* etiam predeceſſoris noſtri, quam aliis Conſtitutionibus apoſtolicis contrariis quibuscunque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiusmodi uel aliis beneſitiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpetiales uel generales dicte ſedis uel Legatorum eius litteras impetrarint etiam ſi per eas ad inhibitionem reſeruationem et decretum uel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus prefatum *Albertum* in aſſecutione dicte Vicarie uolumus anteferri. Sed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu ſi Epiſcopo Ratisponenſi pro tempore exiſtenti et dictis Abbati et Conuentui uel quibusuis aliis communiter uel diuiſim a dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem uel prouiſionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici ſuſpendi uel excommunicari non poſſint, quodque et huiusmodi uel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationem prouiſionem preſentationem ſeu quamuis aliam diſpoſi-

poſitionem coniunctim uel ſeparatim ſpectantibus nulli ualeat prouideri per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de uerbo ad uerbum et indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali uel ſpetiali cuiuscunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam uel totaliter non inſertam effectus earum impediri ualeat quomodolibet uel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpetialis. Aut quod prefatus *Albertus* ut aſſerit Canonicatum et prebendam in prefata eccleſia Ratisponenſi quorum fructus redditus et prouentus Duodecim Marcharum Argenti ſecundum predictam exiſtimationem ualorem annuum non excedunt noſcitur obtinere, Et inſuper ſi dictus *Albertus* ad hoc repertus fuerit Ydoneus ut prefertur ex nunc perinde irritum decernimus et inane ſi ſecus ſuperhis a quoqam quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attemptari, ac ſi die datarum preſentium eidem Alberto ad hoc reperto Ydoneo de dicta Vicaria cum interpoſitione Decreti prouideri mandauiſſemus. Dat. *Rome* apud Sanctum petrum Idibus Aprilis Pontificatus noſtri anno Quintodecimo.

Num. XXXIX. Nova confirmatio regio-Bohemica.

Anno 1438.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis feliciter Amen. *ALBERTUS* Dei gracia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus ac *Hungarie Bohemie Dalmatie Croatie* etc. Rex et *Dux Auſtrie* etc.

Etſi Regie dignitatis circumſpecta benignitas vniuerſorum ſaluti de innata ſibi clemencia teneatur intendere, ad illa tamen precipue ex ſpeciali quadam inclinacione fauoris meditari debet, que Miniſtrorum Dei et eccleſiaſticarum perſonarum, harum preſertim, quas intemerate fidei firma conſtancia, et inueterati laboris diuturnitas claris teſtimoniis recomendant, comodum reſpiciunt et honorem, Sane Religioſorum - - Abbatis et Conuentus Monaſterii in *Winberg* Ratisponenſis Dioceſis Ordinis Premonſtratenſis deuotorum noſtrorum dilectorum, ſupplex petitio Maieſtati noſtre exhibita continebat, Quatinus ipſis et Monaſterio ipſorum ſupradicto certas literas Sereniſſimi Principis Domini *KAROLI Quarti* tunc Romanorum et Bohemie Regis, ac aliorum Regum Bohemie diue memorie predeceſſorum noſtrorum Ipſis ſuper certa donacione in *Albrechtzried*, nec non Jurium et pertinenciarum eiusdem eccleſie videlicet villa ibidem in *Albrechtzried*, *Muleſchiez Janowicz* Curia *Weiticz* Ceta Curia et molendino in villa *Brunonia* poſitarum in Regno noſtro *Bohemie*, datas et conceſſas approbare Innouare ratificare et

et confirmare gracioſius dignaremur, Nos itaque vt indubie tenemus altiſſimi cooperante gracia, cuius nutu viuimus et regnamus, ob omnipotentis Dei, ac intemerate et glorioſe virginis Marie genitricis eius gloriam et honorem, nec non ſincere deuotionis affectum, quem ad dictam eccleſiam diui predeſſores noſtri hactenus pie geſſerunt, nosque hodie gerimus, ſumusque inclinati, benignius annuentes, preſertim cum iuſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus, prefatas aliorum predeceſſorum noſtrorum Regum Bohemie literas ſuper dictis Eccleſia villis Curiis et Molendino, datas et traditas, nec non ſpecifice in eis contenta, Approbamus ratificamus Innouamus de benignitate ſolita, ac innata fauoris clemencia, et pro noſtra ac predeceſſorum noſtrorum ſalute, Principum Comitum procerum et fidelium noſtrorum ad hoc accedente conſilio, ex certa ſcientia ac Regia auctoritate Bohemie gracioſius confirmamus, decernentes easdem ex nunc inantea euiternis temporibus in ſingulis ſuis tenoribus ſententiis punctis Articulis et clauſulis, ac ſi preſentibus de verbo ad verbum inſerte forent inuiolabilem obtinere roboris firmitatem, Requirentes Heredes et Succeſſores noſtros cariſſimos Subcamerario aliisque vniuerſis et ſingulis officialibus et ſubiectis preſentibus et futuris ſerioſe mandamus noſtre gracie ſub obtentu, Quatinus ſupradictum Monaſterium in premiſſis donacione et Innouacione non Impediant, ſeu moleſtent, Quinpocius manuteneant conſeruent effectualiter et defendant Supplentes omnem defectum, ſi quis obſcuritate verborum dubietate ſententiarum aut alio quouismodo compertus fuerit quomodolibet in premiſſis, Nulli ergo

omnino hominum liceat hanc noſtre confirmacionis et gracie paginam infringere aut ei quouis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignacionem noſtram grauiſſimam et penam iuxta libitum infligendam ſe nouerit arcius incurſurum, Preſentium ſub noſtri Regalis appenſione teſtimonio literarum „ Datum *Prage* anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo triceſimo octauo in die ſancte Marie Magdalene Regnorum noſtrorum anno primo.

Ad mandatum Dni Regis
Hermannus Heecht.

Num. XL. Ducalis confirmatio incorporationis Parochiæ Viechtach.

Anno 1445.

Von Gotes Genaden Wir *Albrecht Pfallenntzgraf bey Rein Herzog In Bayrn* vnd *Graue zu Voburg* etc.

Bekennen für Vns vnd all vnſer erben offenlich in dem Brief. Daz der Andächtig Vnſer lieber getrewer. *Albrecht* Abpt. dez wirdigen Gotshaus zu *Windberg* dez Ordens von Premonſtrat für vns koſſen iſt, vnd hat Vns fürbracht vnd hörn laſſen ettlich Bullen vnd Priuilegia von vnſern heiligen Vatern Vergangenen Pabſten dez heiligen

Stuls

Stuls zu Rom vnd von ettlichen vnſern vordern Fürſten in Bayrn lawtend darinn dem Gotzhaus zu *Windberg* die Kirchen zu *Viechtach* Incorperiret, vnd beſunder erlaubt iſt, die mit den Chorherren zu *Windberg* zu beſetzen vnd all Nutzung zu dez Gotzhauſs Notdurft dauon einzenemē . . Nu ſey dem Gotzhaus bisher von ettlichen vnſern Ambtlawten vnd andern vil vnd mercklich Fräuel gewalt vnd vnrecht nach abgeen der Pfarrer vnd auch ſunſt in demſelben Widem beweiſt word'n. Uber ſollich Bullen Priuilegia vnd Freyheit ſo das Gotzhauſs über die Pfarr inſunderheit vnd auch ſunſt gemaintlichen hab - -

Vnd vns darauf diemuticlich vnd vleizziclich gebeten vnd angeruffen als dez Gotzhawſs rechten Landfürſten Oberiſten Vogt und Schermer, das Gotzhaus für ſollichen Fräuel vnd vnpillich Anſuchung, mit vnſern Sundern Brieuen zefreien vnd zu beſchirmen. darumb er ſein Conuent vnd all ir nachkomen Got den allmächtigen vnd auch die hochgelobten Junckfrawn Marien treulich bitten wellen. daz ſy Vns vnd allen den vnſern verleihen vnd zufügen wellen alles daz vns Nutz ſei zu ſeel vnd leib - - Wann Wir aber wol wiſſen. daz von Got dem allmächtigen vnd auch von den Heiligen Bäbſten dez Stuls zu Rom. die Prieſterſchafft vnd geiſtlich ergeben Lawt. Für ander angeſehen vnd gefreit ſein nicht allein In diſer zergänglichen Wellt, ſunder dort in dem ewigen Leben, Seyd auch der obgenannt Abpt von des Gotzhawſs wegen zu Windberg nicht anders begert, dann pillicher vnd rechtlicher ſach. damit das Gotz-

haus

haus von vnſern Heiligen Vätern den Bäbſten auch vnſern Vordern Fürſten In Bayrn auch angeſehen gefreyet vnd begabt iſt - - Herumb mit wolbedachtem Mut. rechter wiſſen vnd zeitig'm Rat vnſer Rät vnd getrewn. So haben wir durch Bete vnd anruffen Abpt *Albrechtz* von ſein vnd ſeins conuentswegen durch vnſer. auch aller vnſer Vordern vnd Nachkomen ſeel hail willen dem Gotzhaus zu *Windberg*. die beſunder Genad vnd Füdrung getan. Allſo daz wir wellen. daz nu hinfür ain yeder Abpt vnd Conuent des Gotshaus zu *Windberg*. die Pfarrkirchen zu *Viechtach* mit Yrn Brüdern wol beſetzen fürſehen vnd damit handeln mügen nach dez Gotzhawſs notdurfft als daz Gotzhaws von dem heiligen Stul zu Rom damit fürſehen vnd begnadet iſt . . Wir wellen auch. Wann hinfür ein Pfarrer zu *Viechtach* mit tod abgee daz dann khainem Vnſerm Ambtman noch andern den Vnſern erlaublich. ſunder bey gehorſam der heiligen Kirchen vnd Vermeydung des ewigen Fluchs verboten ſei. daz ſy dem Gotzhauſs zu *Windberg* an dem Widem zu *Viechtach* kainerlay Fräuel tun. auch darein nicht vallen noch greiffen in khain weiſe. Sunder einen yeden Abpt dez Gotzhaus zu *Windberg*. vnd ſein Conuent mit ains yeden Pfarrers Verlaſſen hab vnd gut gefarn. Auch die Pfarr vnd Widem beſetzen vnd damit handeln lazzen nach dez Gotzhawſs notdurfft an alle Irrung vnd hindernuſs - - Wir wellen auch wenn ein Pfarrer zu *Viechtach* mit tod abgeet, daz dann Vnſer Ambtlewt noch die Bürger vnſers Margkts zu *Viechtach* hinfür ewiglich mit den Slüſſeln zu der Kirchen vnd dem Widem zu *Viechtach* gehörnd

hörnd vnbekomert ſein. Auch die zu Yrn handen nicht nemen vnd damit gancz vnuerwant ſein ſollen. Sunder ein Yeder Meſner ſol die ainem Abpt zu *Windberg* antworttn, der mag vnd ſol dann die ainem aus ſeinem Conuent benelhn dez Pfarrers verlaſſen hab zu dez Gotzhaus notdurfft nemen vnd die Pfarr beſetzen nach des Gotzhawſs notdurfft. Nach Innhalltung der Freyheit dem Gotzhaws darumb gegeben - - Herauf wir all unſer erben vnd Nachkomen Fürſten In Bairn. Vleiſſiclich bitten. Auch allen vnſern Grauen freyen herren Rittern Knechten. Vitzdomben Hawbtlawten Pflegern Richtern, funſt allen andern vnſern Amblawten Landtſazzn vnd getrewn. In welicherlay weſen die ſind. Veſticlich gebieten bei vnſern hulden vnd gnaden. Vnd darzu trewlich Raten. daz Ir wider diſe vnſer genad vnd Freyhait nicht tut, noch tun laſt in Khain weis. Beſunder gebieten wir den Burgern unſers Margkts zu *Viechtach*. Ob Yemant vnſer Pfleger Richter Launtſaſſen oder ander wie die genannt oder wer die wärn dem Gotzhaus *Windberg*, wider ſollich vnſer genad vnd Freyhait an der Kirchen vnd dem Widem zu *Viechtach* ainicherlay Gwalt Fräuel oder Unrecht zuziehen oder tun wolle. daz Ir dann gemaintlich dem Gotzhaus darinn beholffen ſeyt. vnd ſollichem Vberfarn widerſtannd tut als verr Ir mügt als lieb ew vnſer huld vnd gnad vnd ſwäre Straff zuuermeyden ſei . . Wer aber dem Gotzhawſs zu *Windberg* wider diſe vnſer genad vnd Freyhait an der Kirchen vnd dem Widem zu *Viechtach* dhainerlay irrungen einfall oder Fräuel tät, derſelb ſol dez ein verantwortter ſein Gen Got dem allmächti-

gen an dem Jüngſten Gericht, dez parmhertzigkait dann alle verſorgn. vnd das Gericht an alle Gnad nach eins yeden Menſchen verdienen geuellet wirdet, darzu ſol ein yeder darumb in Vnſer ſwäre vngnad vnd ſtraff verfallen ſein. Dez alles zu warem Vrkund vnd ewiger Gedächtnuſs. ſo haben wir vnſer Inſigel an den Brief haiſſen hengen. der gebn iſt zu *München* an Freytag vor dem Sontag als man in der heiligen Kirchen ſinget *Letare* zu Mitterfaſten. Als man zelet nach Criſti vnſers lieben herrn gepurd vierzehenhundert vnd Im fünf vnd vierzigiſtm Jarr.

Num. XLI. Immunitas evehendi Salis.

Anno 1448.

Wir *HAINRICH* von Gottes Genaden *Pfallenntzgraue bey Rein und Hertzoge in nydern und obern Bayren*

Bekennen offennlich mit dem Briefe. Alls die wirdigen in Gotte andachttigen vnnſer lieb getrewen der Abbtte und Conuentt vnnſers Gotzhawss zue *Windbberg* von unſern vordern ſaligen *HAINRICHEN. OTTEN.* vnd *HAINRICHEN Pfalltzgrafen bey Rein* vnd *Hertzogen in Bayren* begnadet ſein, vnd ainen Freyung Brief haben. datz ſy alle Jar zue ainem mal in dem Jar fueren Sullen zbbay pfundt Saltzweits panntz vnd achtt pfundt klains pants frey vor mawtten zue *Scharding*. So daz

daz der Brief von den benenten vnſern vordern lauttend aigennlichen Innhalt, des datum ſtet zu *Strawbing*, do man zalt von Criſti geburde drewtzehenhundert vnd im ſyben vnd zbbaintzziggiſten Jare an ſannd Vllrichs tag. Allſo von beſundern genaden wegen damit der Abbtte vnd Conuent zue *Windwerg* den Gottsdinſte deſſter löblicher volbringen mögen. haben Wir In Weſtätt vnd gefreyet. Weſtätten vnd freyen ſy in Krafft diss Briefs, datz ſy alle Jar ſolich obgenant antzal Salltz an vnnſer Mawtt zue *Schärdingen* mawttfrey fuern ſullen von vns vnd vnnſern Ambtlawten ganntz vngehindertt in maſſ vnd forme So datz vnnſere egenannten vorfordern Brief awſweiſt. Vnd gebieten darauf ernſtlichen allen vnnſern Pflegern, Richttern, Mawttnern, Gegenſchreibern, vnd andern vnſern Ambtlawten vnd getrewen, gegenwartigen vnd künfftigen in Kraft diss Brieſes, Sy allſo bey diſen vnſerr Bbeſtattung vnuerhindertt beleiben zu laſſen, vnd kainen krangk darinn tun noch zethun geſtatten wellet ongeuerde. Mit vrkundt des Briefs der mit vnſerm anhangendem Innſigl verſigelt vnd geben zue *Landshut* an Sambſtag an ſand Veits tag nach Criſti vnſers lieben herrn geburde vierzehen hundert Jar vnd darnach in dem achtt vnd viertziggiſtem Jare.

Num. XLII. Delegata poteſtas abſolvendi à Cenſuris.

Anno 1460.

BESSARION Miſeracione diuina Epiſcopus *Tuſculanus* ſancte Romane Eccleſie Cardinalis *Nicenus* uulgariter nuncupatus nec non in partibus Alamanie et Germanie locisque omnibus in eisdem partibus ſacro Imperio ſubiectis Apoſtolice ſedis Legatus Venerabili in Chriſto Patri Archiepiſcopo *Sipontino* et dilecto nobis in Chriſto Abbati monaſterii in *Altach ſuperiori* Ordinis ſancti Benedicti Ratisponenſis Dioceſis Salutem in Domino ſempiternam.

Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte dilecti nobis in Chriſto *Johannis Saltzman* profeſſi monachi *Windbergenſis* Ordinis premonſtratenſis ratiſponenſis dioceſis ac nonnullorum presbiterorum ſibi ſeruiencium petitionis ſeries continebat, quod cum ipſe *Johannes* a ſuo prelato et Conuentu monaſterii prefati animarum curam eccleſie parochialis in *Vietach* ſite in *metis Regni Boemie* que certo modo dicto monaſterio incorporata exiſtit, et per Fratres eiusdem ut percepimus gubernari conſueuit, ad nutum prelati ſeu Abbatis remouibilis prefectus extitit. eandemque eccleſiam de conſenſu prelati in Cura animarum huiusmodi per plures annos gubernauerit, et ut eadem petitio ſubiungebat dictus

Jo-

Johannes cum quibusdam ſuis diuinorum ſociis ac aliis capellanis ſibi in eadem eccleſia ſeruientibus non tamen in contemptum clauium ſed tanquam ſimplices et iuris ignari coram publice excommunicatis et denunciatis pluries diuina coacti per uim et metum quorundam Laicorum celebrauerint. propter quod excomunicationis ſententias contra eorum uoluntatem in tales generaliter promulgatas incurrere ſunt coacti. Quare pro parte dictorum *Johannis* et ſociorum nobis humiliter fuit ſuplicatum quatinus huiusmodi ſcandalis obuiando eis de opportuno remedio ne talia in futurum comitantur prouidere miſericorditer dignaremur. Nos igitur qui ſcandalis obuiare et ſaluti animarum quantum poſſumus cum Deo conſulere iugiter cupimus Circumſpectioni ueſtre per apoſtolica ſcripta comittimus et mandamus quatinus uocatis uocandis uos uel alter ueſtrum de predictis omnibus et ſingulis ſumarie ſimpliciter et de plano informetis. et ſi per informationem huiusmodi uobis aut alteri ueſtrum conſtiterit, aliquos in huiusmodi execucione nominandos cuiuscunque gradus ſtatus et conditionis exiſtant huiusmodi uiolencias feciſſe et apoſtolicorum mandatorum contemptores extitiſſe, eos et ipſorum ſingulos excomunicacionis ſententiis fuiſſe et eſſe innodatos declaretis ac publice denuncietis ac denunciari faciatis uel alter ueſtrum declaret denunciet ac denunciari publice faciat, ipſosque penas quas iuris ordo dictauerit nihilominus incurriſſe pronuncietis. In quorum fidem robur et teſtimonium preſentes noſtras litteras fieri fecimus noſtrique maioris ſigilli apenſione muniri. Datum *Norimberge Banbergenſis Dioceſ.* ſexto Nonas Marcy Anno

Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo Indicione octaua. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri Domini *PII* diuina prouidencia *Pape ſecundi* Anno ſecundo.

Jo. de Barbaſtro.

Num. XLIII. Confirmatio Boica Privilegiorum.

Anno 1464.

Von Gottes Gnaden Wir *SIGMUND Phalleuntzgraue bey Reine Hertzoge In Obern vnd Nidern Bayrn* etc.

Bekennen als Regirender Fürſte für vns vnd vnnſre lieben *Brüder* Hertzog *ALBRECHTEN* Hertzog *CRISTOFFEN* vnd Hertzog *WOLFGANNGEN*, die noch zu Irn vogtbarn Jarn nicht komen ſein, vnd für all vnnsre erben, vnd Nachkomen vnd tun kunt offennlich mit dem Brieue Das für vns komen iſt, der wirdig vnd andächtig vnnſer lieber getrewer *Jacob Abbte* des wirdigen vnnſers Gotzhauss zu *Windberg* des Ordens von premonſtrat, vnd hat vns fürbracht, vnd hörn laſſen ettlich Brief vnd Freyheit auſsganngen vnd gegeben von vergannggen Bäbſten Biſchouen vnd ſunder ainem Brief von dem Hochgebornnen Fürſten vnnſerm lieben Herrn vnd Vattern Hertzog *ALBRECHTEN*, von Bairn etc. loblicher gedächtnuss, der von wort zu wort alſo lautet . . .

Von

Von Gottes Gnaden Wir *ALBRECHT Pfallntzgraue bey Rein Hertzog in Bairn vnd Graue zu Vohburg* etc. Bekennen für vns vnd vnnsre erben offennlich in dem Brieue (ſiehe dieſen ganzen Brief oben Num. XL.) Vnd hat vns darauf als ſeinen vnd des Gotzhauss Landfürſten vnd Oberiſten Vogt vnd Schermer vndertäniclich vnd diemüticlich angeruffen vnd gebeten, das wir Ime ſeinem Gotshauss vnd Conuent ſoliche Freyhait gnädiclich geruthen zu beſtatten vnd zu confirmiren damit ſy füro geruclich vnd an Irrung dabey beleiben. Vnd wann wir nu von angeborner fürſtlicher Güte vnd Miltikait wegen als ain gnadtiger Lanndfürſt Vogt und herr des vorgenanten Gotzhauss genaygt ſeien, daſſelb vnnd anndre vnnsre Gotzhäuſer zu begnaden zu ſchutzen vnd zu ſchirmen, Hierumbe aus ſundern Gnaden vnd nach zeitigem Rate vnnser Rät vnd lieben getrewen So haben wir dem vorgenanten Abbte ſeinem Conuent vnd Gotzhaus zu Windberg vnd Irn Nachkomen, die vorgeſchriben Ir Freyhait in allen vnd yeden Wortten punckten vnd artigkeln auch annder Ir Bull vnd priuilegia ſo ſy der Sachenhalb von Bäbſten Biſchouen vnd anndern Fürſten von Bairn vnnsern Voruordern haben gnadiclich beſtattet vnd confirmiert beſtatten vnd confirmirn In die wiſſenlich in Kraft diss Briefs Alſo das wir ſy dabey gnadiclich beleiben laſſen hannthaben ſchutzen vnd ſchermen vnd dawider nicht tun noch ſchaffen zetun ſüllen noch wellen in kain weis getrewlich ongeuärde, Vnd gebieten darauf allen vnd yeglichen vnnsrer Vitztumben Pflegern Ränntmaiſtern Richtern vnd Ambtlewten, Vnd ſunder den Burgern vnnſers Margts

zu

zu *Viechtach* auch allen anndern vnnſern Lanntſaſſen vndertanen vnd getrewen ernſtlich vnd veſticlich das Ir den obgenanten Abbte ſein Conuent vnd Gotzhaus zu *Windberg* bey ſolichen Gnaden vnd Freyhaiten beleiben laſſet, dawider nicht tut noch yemant annderm ſouerr Ir mügt zetun geſtatet Sunder ſy von vnnſern wegen dabey hannthabet ſchutzet vnd ſchermet als lieb ew allen vnd yedem vnnsre vngnade vnd ſwäre Straffe ſey zuuermeiden, Des zu warm vrkunt geben wir dem obgenanten Gotzhauss den Brieue mit vnſerm anhangendem Inſigel verſigelt.

Beſchehen zu *Munchen* an Montag nach vnnser lieben Frawen liechmesstag des Jars als man zelet nach Criſti vnnſers lieben Herrn Gepurde Vierzehennhundert vnd darnach in dem Viervndſechtzigiſtem Jare.

Num. XLIV. Privilegium Capellani regii.

Anno 1479.

ULADISLAUS Dei gracia *Bohemie Rex Morauie Marchio Lucemburgenſis et Sleſie Dux* ac *Luſacie Marchio* etc. etc. Notum facimus tenore preſentium vniuerſis quod attentis deuocione et probitate virtutum Honorabilis *Auguſtini* fratris et presbiteri ordinis premonſtratenſis Ratisponenſis Dioceſis plebani in villa *Albrechczried* eccleſie beatorum Petri et Pauli appoſtolorum deuoti noſtri dilecti ipſum in Capellanum

ſanum et familiarem noſtrum domeſticum ſuſcipimus volentes ut ipſe omnibus eisdem iuribus Priuilegiis et libertatibus vtatur et gaudeat, quibus ceteri noſtri domeſtici et familiares et Capellani vtuntur fruuntur et gaudent quomodolibet de conſuetudine vel de iure, De gracia etiam noſtra ſpeciali iam dictum *Auguſtinum* vna cum eccleſia ſua parochiali in villa ſupradicta, cumque bonis cenſibus vtilitatibus et redditibus eiusdem eccleſie generaliter vniuerſis in protectionem noſtram ſpecialem ſuſcipimus, Mandamus igitur vobis omnibus et ſingulis ſubditis fidelibus noſtris dilectis, cuiuscunque ſtatus et condicionis exiſtatis, quatinus nominatum *Auguſtinum* in bonis ſuis et dicte eccleſie non impediatis quin pocius vt premittitur conſeruare protegere et tueri debeatis nullam ſibi aut bonis ſuis et eiusdem eccleſie moleſtiam inferentes ſeu cuipiam inferre admittentes in quantum indignacionem noſtram regiam arcius cupitis euitare preſencium ſub noſtri Regalis Sigilli appenſione teſtimonio litterarum Datum *Prage* die decima Menſis Decembris Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Regni noſtrii anno nono.

Ad Mandatum
Domini Regis.

EXCERPTA

Necrologii Windbergenſis egregii, quod margini Martyrologii Sæc. XII. exarati varia manu adſcriptum eſt.

JANUARIUS.

Kal. Jan. Petrus abbas in Meten. Wolffgangus abbas in Metem.

IIII. Non. Jan. Chunradus .L de Cidlarn. Martinus abbas in oſterhoven. Johannes abb. in oſterhoven. Dns. Sebaſtianus Hoffman abbas in ſuperiori Altaiche. An. 64.

III. Non. Jan. Matheus Prepoſitus in nova cella 1578.

II. Non. Jan. Pangratius abbas in Metem.

Non. Jan. Heinricus L. de Rochelinisriede.

VIII. Idus Jan. Adelungus Sac. et can. prepoſitus in Garze.

VII. Idus Jan. An. M C C C L X X X X IIII. Vlricus dictus Hoffmann Sac. et can. frater noſter quondam abbas loci hujus.

VI. Idus Jan. Johannes Index de Loham.

IIII. Idus Jan. Juta laica (minio ſcripta) Dietmarus civis Ratispon. Mathildis (vxor) Nepotes ejus, de quibus habemus Seruicium de abbatia. ob. An. Milleſimo centeſimo XCV.

Idus Jan. An. M C X L V II. ob. *ADELBERTUS COMES FUNDATOR LOCI HUIUS.* *XVIIII.*

XVIIII. Kal. Febr. Engelmarus Solitarius.

XVIII. Kal. Febr. Roudolfus de *Chalnberg*. *ALBERTUS IUNIOR* (quartus) *COMES ADVOCATUS LOCI HUIUS* ob. MCCXLII.

*XVII. Kal. Febr. LIVKARDIS ADVOCATISSA** (Vxor Friderici II. Aduocati Ratisponenſ.)

XVI. Kal. Febr. Heinricus L. de *avv.* Iſte dedit nobis predium ſuum in Hofdorf. Seyfridus I. de ochperg.

XV. Kal. Febr. WLATIZLAUS DUX BOEMIE. Iſte ptopria expenſa deſtinauit ad nos Epiſcopum Morauie, qui et dedicavit Monaſterium noſtrum. Chunigundis de *pholinge.* Petriſſa de *Satelpogen.*

XIIII. Kal. Febr. Wilhelmus Heuslmann abbas de Veſpere.

XIII. Kal. Febr. Wilhelmus abbas hujus loci.

XII. Kal. Febr. Gezo abbas in Syon. Heinricus Sacerdos plebanus de paſchingen. Henricus L. Dapifer. Ebrehardus de Thwindorf. *Rudolfus de Fræmelsperg.*

XI. Kal. Febr. Dietricus de Hagbach L.

X. Kal Febr. Levkardus L. de Erlbach. Rudolfus L. de Albertskirchen.

* Hujus nominis ſecundus; Avus paternus Ludmyllae, cujus etiam conjux gertrudis infra occurrit Nonis Auguſti.

VIIII. Kal. Febr. Chunegundis layca de chambia dicta Hachklyn.

VII. Kal. Febr. CHUNRADUS EPISCOP. RATISPON. M. CCC. XIII.

VI. Kal. Febr. Pertha L. de Fræmelsperch. Hartnidus abbas de pomuch.

II. Kal. Febr. HEMMA REGINA ob. Chunradus abbas hujus loci An. M CC XCV. Meingotus decanus de Bondorf. Sophia de Olchoven L.

FEBRUARIUS.

Kal. Febr. Ludwicus palatinus comes reni et dux Bawarie an. M. CC. XCVII. Ortwinus abbas in Prvle.

IIII. Non. Febr. Wernherus prepoſitus de Scheſtlarn.

III. Non, Febr. HEINRICUs dux bawarie palatinus. comes reni. An. M. CC. XC.

Jacobus Poiſſe abbas hujus loci. M. CCCC. L. XVIII.

II. Non. Febr. Fridericus abbas in ſuperioria altha.

VIII. Id. Febr. Hœrtlibus L. dictus *Puchbergeo.* de quo habemus ſeruicium.

VI. Id. Febr. Dietricus abbas hujus loci. M. CCC. XXIII.

V. Id. Febr. Erbenger abbas de Richenpach. Meinerus abbas de plaz, obiit RP. Joannes Talmair abbas hujus loci 1570. Anniuerſarium nobilium de *Velberch.*

IIII. Id.

IIII. Id. Febr. Hugo abbas primus premonſtratenſis eccle. Fridericus prepoſitus in Scheftelarn.

II. Id. Febr. Dietricus abbas vuirtunenſis.

XVI. Kal. Martii. *CVNRAD REX*, gila Soror noſtra de vurlbach. Meingoz. de *chalmperg. Chunradus Miles* de *Nuſsperch*, M. CCC L I. de quo habemus ſeruicium a pictantia.

XV. Kal. Mart. Hartwic L. *Bvterich*, qui dedit nobis predium quod eſt Euchendorf. Gerdrudis de *aw*. Pertholdus de *Stainberch.*

XIIII. Kal. Mart. Juta L. de *Nuzberg.*

XIII. Kal. Mart. Adelbertus abbas de S. Emeram Ratisp. Hagero L. Iſte dedit nobis duo predia vnum quod dicitur yskerſcelle, aliud quod eſt geizhvſen, et cetera que habuit in ſubpellectili.

XII. Kal. Mart. Wolframus abbas in ſupr. altha.

VIIII. Kal. Mart. *Albertus de Strvbingen*, Caſparus prepoſitus in Ranshofen 1529. Wolfgangus ſacerdos dictus yſtader, de quo habemus ſeruicium a pictantia. Thomas Stängl ſacerdos Capellanus in Crems frater noſter dedit nobis vineam praymangerer am Gebling An. MCCCCC 3°.

VII. Kal. Mart. Rupertus l. *Buterich.* Heinricus prepoſitus de Veſpere.

VI. Kal. Mart. LIVKARDIS EX COMITISSA conuerſa, ſoror noſtra. Hartwicus de Geizhuſen. Henricus ſac. et can prepoſitus Teplenſis eccle.

V. Kal. Mart. Gisla abbatiſſa de S. Paulo. Fridericus Miles de Ruzingen. *Heinricus de Mosdorf*, Magiſter curie ducis bauarie. M C C L X X X V I.

II. Kal. Mart. ALBERTUS ILLUSTRIS DUX BAVARIE Anno L X.

MARTIUS.

Kal. Mart. Vlricus de *Allnchofen*, hic dedit nobis predium quoddam in grvb.

VI. Non. Mart. Gruxo prepoſitus de Vrſperg.

V. Non. Mart. Rudmarus abbas in Kotwic. Jacobus de combia l. dictus Herningær. M C C C C V. Katherina vxor ejus.

III. Non. Mart. Gozpoldus de Hovedorf, *Heinricus I. de Almehofen.* M C C X C IIII.

Non. Mart. Dietericus de Hunersdorf.

VIII. Id Mart. Guntherus prepoſitus in Dokzan. *Rudolfus miles de Framelsperg.* Pertholdus abbas hujus loci. An. M. C C C C.

VII. Id. Mart. Hartwicus L. de Steina. Iſte dedit eccleſie

cleſie noſtre domum Hoſpitum. Hadewic L. de Menna. hec autem tradidit nobis predium quod dicitur ſuperior cella, ea videlicet conditione ut manumiſſio, ejus. - -

VI. Id. Mart. Alhart de Tegernbach Benedictus abbas in ſuperiori altach 147 -

II. Id. Mart. Chunradus de Erphencelle.

Idus. Martii. Livkardis de Fremerichsperge.

XVII. Kal. April. Heinricus L. dictus Schnekl de Geyſelheringen MCCC. XL. quarto de que habemus ſeruicium à pietantia. Vrſula Vngerin ſoror noſtra. 1. 5. 0. 11. 1550. ob. *WILHELMUS illuſtris dux bavarie.*

XIIII. Kal. April. SIFRIDUS Ep. Raispon. Pertoldus dictus Steinperger de aw. de quo habemus ſervicium.

XII. Kal. April. PERHTOLDUS COMES anno M. C. LX. VII. ab incarn. dni. Waltherus prepoſitus in oſterhoven. Chunradus abbas de Metem. Euſſemia L. de Netzſtol.

VIIII. Kal. April. Anniverſarium Rochwini de Purchſteten et gute vxoris eius et omnium progenitorum ſuorum. *FRIDERICUS DUX BOEMIE.* (Pater Ludmillæ, Vxoris Alberti III. com.

VIII. Kal. April. Jordanus Sacerdos dictus Revndorfer, de quo habemus ſervicium obiit Rev. in chr. Pater et dom. Caſpar abbas hujus loci. 1. 5. 2. 6.

VII. Kal. April. AGNES DUCISSA BAWARIE.

V. Kal.

V. Kal. April. *Gozpoldus de Mosdorf* L. de quo habemus ſervicium.

IIII. Kal. April. Chunradus Pincerna L. hic dedit nobis predium vnum in mertunne.

APRILIS.

Kal. April. *JOHANNES* Epiſcopus olomucenſis. Iſte dedicavit eccleſiam noſtram et altare crucis et altare S. Egidii.

IIII. Non. April. Vlricus abbas ob. an. dom. M. CCC. IX.

III. Non. April. Romanus epiſcopus guricienſis.

VIII. Id. April. *HARTWICUS CONVERSUS NOSTER EX COMITE.*

V. Id. April. *CUNRADUS ARCHIEP. SALTTSBURG, Perhta comitiſſa.*

III. Id. April. *FRIDERICUS ADVOCATUS* (Ratisponenſis) Johannes abbas h. l. an. XXV.

II. Id. April. Ludwicus abbas in Altersbach.

Idus April. Beletus acerdos et can. Ratisp.

XVIII. Kal. May. Cunradus preprositus cellenſis. Wilnoldus de *Peham* converſus frat. noſter: iſte contulit nobis predium unum quod eſt Pubenavwe. *HEILWIC monialis in ſuperiori monaſterio, filia Alberti comitis fundatoris nri.** Hæc facta fuit poſtra Abbatiſſa in geiſenfeld. vid. codex. tradition geiſenfeldenſ. N. C. XXII.

XVII.

XVII. Kal. Maii. Hainricus Miles *de Ramsperch*, qui obiit MCCCXLVI. Perhta abbatiſſa de inferiori Monaſterio.

XVI. Kal. Maii. Leonardus Schmid prepoſitus in Scheſtlarn 1527.

XIII. Kal. Maii. Jonas miles dictus *Ramspergær*, de quo habemus ſervicium Anno 1437.

XII. Kalendas Maii. Chunradus Hofman MCCCLXI. Anna Uxor MCCCLXXVII. *minio ſcripti* d. Andreas Wildt Abbas in ſuperiori Altach An. 53.

VIII. Kal. Maii. Volmarus abbas eccle. nre. *LIVKARDIS DE KARINTHIA.* (filia *Popponis* Marchionis, Vxor *Bertholdi II.* comitis de Bogen.)

VII. Kal. Maii. Gregorius abbas de ſancto Salvatore.

V. Kal. Maii. RILINT COMITISSA ſoror nra Herwicus l. de *Lengenwelt.*

III. Kal. Maii. Petrus abbas in ſuperiori altach. Erhardus prepoſitus in vnderſtorf.

II. Kal. Maii. Rugerus abbas in oſterhofen ob an. M. CCC. L. XXXX.

M A I U S.

Kal. Maii. Pertoldus abbas cellenſis. Sebaſtianus abbas in Metten 1577.

VI. Non. Maii. Hagano Sacerdos & decanus Ratispon. *STEPHANUS REX VNGARIE* ob.

V. Non. Maii, Otto Epiſc. babenbergenſis.

III. Non. Maii. Petrus prepoſitus in Ror.

II. Non. Maii. Gebhardus primus eccle. nre. abbas ob 1191.

Non. Maii. Pertholdus prepoſitus de oſterhoven. Albertus quondam abbas in Metem. Fridericus plebanus de Peilſtein, de quo habemus ſervicium.

VIII. Non. Maii. Livkardis Sor. nra *de frenerichſperg.* Reinoldus decanus de bondorf. Gozpoldus L. *de Rameſperg.* Paulus gmainer abbas Altachæ infer. A. 85.

VII. Id. Maii. LIVPOLDUS CANONICUS ET PREPOSITUS. addit rec. man. *comes de Bogen* An. M. CC. XX. L. Marquardus L. *de Fremerichiſperg.* Gerdrudis L. *de Fremerichesperge.* Thomas ſenior abbas hujus loci an. dn. MCCCLXIX.

VI. Id. Maii. Henricus Epiſcop. ratispon. & Mon. Hie dedit nobis parochiam illam Sazove. Livkardis de Kalmberg.

II. Id. Maii. GERDRUDIS PALATINA, mon.

Idus Maii. Chunradus de Nuſspereh, de quo habemus ſervicium a pietantia.

XVII. Kal. Junii. Purkardus abbas in Ebra. *LUDWICUS JUNIOR ILLUSTRIS DUX BAW.*

XVI. Kal. JUN. Heinricus prepoſitus de Rore.

XVI. Kal. Jun. CHVNO Ep. RATISPON. qui fuit patruus Chvnonis epiſcopi junioris. Iſte dedicavit eccleſiam S. Engelmari in Silua.

XIIII. Kal. Jun. Friderun L. Hec dedit eccleſie noſtre curiam illam wibotendorf.

X. Kal. Jun. Arnoldus L. *de pholingen.*

VIIII. Kal. Jun. Arnoldus L. Auus ſuperioris Arnoldi, qui dedit nobis manſum illum winzir.

V. Kal. Jun. EGILBERTUS EP. BABENBERG. Quirinus abbas inferioris Altaich.

IIII. Kal. Jun. Gerhardus abb. de ſuperiori Altha. Petrus abbas in oſterhoven.

III. Kal. Jun. Joannes abbas in altach ſuperiore dictus Irlbeck.

JUNIUS.

IIII. Non. Jun. Albertus de Perching abbas hujus loci Anno dom. M. CCCC. L. XI.

II. Non. Jun. Vdalricus de Perching. Abbas hujus loci 1498.

VI. Idus Jun. Hermannus prepoſitus in auge. Chriſtophorus hujus loci abbas profeſſus in Scheſtlarn. an. 1598.

V. Id. Jun. Rudigerus abbas in Metem.

III. Id. Jun. CVNO Ep. Ratispon. iſte dedicavit eccleſiam noſtram Sazoue — — —
Poppo abbas infer. althæ.

II. Id. Jun. Arnoldus prepoſitus nove celle. Bernardus abbas in ſuperiori altha 1541.

Idus Juuii. ADELHEIT converſa, *COMITISSA* Hadewic de Tekendorf Sor. nra.

XVII. Kal. Jul. Chunradus comes de Ratispona. (forte cognomine dictus *Graf.*)

XVI. Kal. Jul. Chunradus prepositus in Steingaden. *Heinricus L. de phölingen Alhaid vxor Sulbergarii.*

XV. Kal. Jul. FRIDERICUS IMP. M. C. XC.

XIII. Kal. Jul. Sigelohus *de Velberg.* Wirnt *de Brennberg.* Chunigunt *de haibach.*

XII. Kal. Jul. REIHZI comitissa ob (Vxor sterilis Alberti IV. com. Bogen.)

XI. Kal. Jul. ADELBERTUS COMES ET MONACHUS.

X. Kal. Jul. EBERHARDUS Salzb. archiep.

VIIII. Kal. Jul. Albero prepositus in osterhoven, can. huius eccle.

VIII. Kal. Jul. Joannes abbas in Walerbach.

VII. Kal. Jul. STICO ep. olomuc. Altmanus abbas de inferiori altach. an. dn. M. CCCC. secundo.

VII. Kal. Jul. Pertholdus Sacerdos & can. maioris eccle. Ratispon. *SIFRIDUS* Episc. in Augusta.

V. Kal. Jul. Christiannus abbas in altach superiori. Johannes prepositus in Scheftlarn. 1556. Petrus Spöchter prepositus in Beyharting.

IIII. Kal. Jul. Dietricus dictus *Stainberger* de quo habemus servicium MCCCCXIIII.

III. Kal. Jul. Albero abbas.

II. Kal. Jul. HENRICUS Ep. Ratispon.

JUL.

IULIUS.

VI. Non. Jul. Heinricus prepoſitus in Seefclarn. Anno dnice Incarn. MCCLXXX. ob. *REX ADOLFUS.*

V. Non. Jul. Erbo abbas Pruuenické. Gerhoh prepoſitus Richersperge.

IIII. Non. Jul. Sebaſtianus prepoſitus in Vnderſtorf. an. 1524.

II. Non. Jul. Richza Abb. in infer. mon. Chunradus prepoſitus in Spaiphart. Fridericus abb h. l. M. CCC. L ſeptimo.

VIII. Id. Jul. Pertholdus prepoſitus de Staingaden.

V. Id. Jul. OTTO DUX BAWARIE. Henricus Prepoſitus de Slag. *MARGARETA DUCISSA Bawarie* MCCCXL.

IIII. Id. Jul. LEO Epiſc. Ratispon.

Idus Jul. PHYLIPPUS REX FRANCIE.

XVII. Kal. Aug. Gerhochus *de Frömlichſperge.* Iſte dedit nobis curiam in minori Tegernbach. Chlaremia *de Fremlichsperge.*

XVI. Kal. Aug. EBERHARDUS Ep. Babenberg. Hic dedicavit eccleſiam noſtram Vurlebach.

XIII. Kal. Aug. Anna Layca dicta Trenbekchin. ob.

VIIII. Kal. Aug. Chvnradus abbas de ſuperiori altach.

VII. Kal. Aug. HENRICUS Ep. Ratispon. An. MCCLX XXXVI. de quo habemus Servicium.

AUGUSTUS.

II. Non. Aug. LVDMILLA ducissa bavarie ob. (Vxor Alberti III. com. Bogen. secundo nupta Ludouico duci Bav.) Johannes abbas hujus loci.

Non. Aug. GERDRUDIS ducissa boemie.

VII. Id. Aug. Gerhohus *de Fremerichesperg.* Georgius abbas Althæ superioris an. 1519.

IIII. Id. Aug. Isinricus abbas admunde.

II. Id. Aug. PERHTOLDUS COMES ob. M. CC. XVIII.

XVII. Kal. Sept. Roudolfus L. *de Fremerichsperg*, hic dedit Eccle. nre. mansum in Fruchisdorf.

XV. Kal. Sept. Vlricus *Leuvolfinger.*

XIIII. Kal. Sept. Abbas Sigismundus h. l.

XI. Kal. Sept. HARTWICUS Ep. Ratisp. secundus. iste dedicauit capellam Sororum & ecclesiam nram Erinpra. Albertus conversus *de Satelpogen.*

X. Kal. Sept. HADWIC *EX COMITISSA conversa, Soror nostra.* Johannes quondam abbas h. loci.

VIII. Kal. Sept. LUDUUICI regis francie & confess.

VII. Kal. Sept. Albertus abbas de Metem MCCCXLVIII.

III. Kal. Sept. Hertwicus Abbas in osterhoven.

II. Kal. Sept. Fridericus abb. in Aspach.

SEP-

SEPTEMBER.

Kal. Sept. An. dom. M. CCC. XXXVIIII. *HAINRICUS ILLUSTRIS DUX BAW.*

IIII. Non. Sept. Wolfgangus Pogner Adminiſtrator ſuperioris Altaichæ An. 64.

Non. Sept. Chunradus abbas loci hujus. 1294. *OTTO ILLUSTRIS DUX BAW.* MCCCVII.

XVIII. Kal. Octob. LUDWICUS DUX BAWARIE. Ar. hardus *de Saulperg.*

XVII. Kal. Oct. Harprecht dictus *Ramſperger*, de quo habemus Servicium.

XIII. Kal. Octob. Heinricus prepoſitus in Wiltun.

XII. Kal. Octob. Vlricus prepoſitus in Madlbach.

X. Kal. Octob. OTTO Ep. Friſingenſ.

VIII. Kal. Octob. Vlricus Abbas in Oſterhoven, Fridericus *Ramſperger.* de quo habemus ſervicium.

VII. Kal. Octob. LIUKART COMITISSA.

VI. Kal. Octob. Albertus prepoſitus de oſterhoven.

IIII. Kal. Octob. ELYSABET Regina Bohemie. M. CCC. XXVI.

OCTOBER.

Kal. Octob. Albertus *de Satelpogen* CCCXLVII.

IIII. Non. Octob. Routbertus prepoſitus primus hujus eccle.

III. Non. Octob. Petriſſa layca *de Stainberch.*

Non. Octob. Joannes Prepoſitus in Rhor. Joannes Wolff abbas in oſterhoſſen. 1598.

VII. Id. Octob. Gregorius Haypùler abbas h. l. 1. 5. 4. 1.

VI. Id. Octob. NICOLAUS Ep. Ratispon. ob. Anno dni Milleſimo C. C. C. XL.

V. Id. Octob. LUDWICUS IMP. Chunradus abbas in Staingaden.

IIII. Id. Octob. Godefridus abbas arenſteine.

II. Id. Octob. Eberwinus prepoſitus *Steinuelt.* Henricus converſus frater noſter *de Mosdorf. XVII. Kal. Nov.* Gerlacus abbas in gradis.

XIIII. Kal. Nov. Fridericus *de Lantoldesperge.* Hic contulit nobis predium illud *Velberch.* Hæianus abbas in Kerus. Hainricus abbas in Wiltspurch.

XII. Kal. Nov. OTTO Monachus fundator in Walterbach.

XI. Kal. Nov. Stephanus abbas in Rotenkirchen. Gregorius abbas althe ſuperioris 1527.

X. Kal. Nov. Chvnradus *de Satelpogen.* Heinricus dictus *oberndorfarius* canonicus maioris eccle. Ratispon. familiaris noſter.

VIII. Kal. Nov. ELTSABET DUCISSA BAW. M. CC. LXX. L. Hainricus Sac. & can. nr. quondam abbas h. l. M. CCLXXVI.

VIII. Kal. Nov. An. MDLXXVIIII. ob. illuſtriſſimus utriusque Bawariæ princeps *ALBERTUS* acerrimus eccleſiæ defenſor cuius anima deo requieſcat.

V.

V. Kal. Nov. Manegoldus prepoſitus de Ranshoven. Gilbertus abbas de oſterhoſen.

NOVEMBER.

Kal. Nov. Meingotus abbas de Prvle.

IIII. Non. Nov. Paulus Sailler prepoſitus in Monaſterio nova cell. prope Freiſing 1593.

II. Non. Nov. DIETPOLDUS Ep. patavie. Iſte dedicauit capellam S. Martini.

VII. Idus Nov. Katerina *de Satelpogen* MCCCXLIIII.

VI. Id. Nov. Chunigunt *de pföling.* Dietricus *Vtenchofer* MCCCXL.

V. Id. Nov. Swikerus decanus de Strobingen.

III. Id. Nov. ALBERTUS Ep. Friſingenſis.

II. Id. Nov. Gerlandus abbas in Floreſia.

XVIII. Kal. Decemb. Gerhohus de Framricheſperg.

XVI. Kal. Decemb. Heinricus *de Rameſperch* l. a quo habemus pietanciam de capella omnium Sanctorum. Rudolfus *de Fremericheſperge.* Wolffgangus Lindmayr prepoſitus in Beyharting.

XIIII. Kal. Decemb. Michael abbas in Staingaden. 1. 5. 5. 3.

XI. Kal. Decemb. Tota abbatiſſa de infer. mon.

VIIII. Kol. Decemb. Adam abbas de ebera. Heinricus abb. de Malarſtorf.

VIII. Kal. Decemb. Fridericus abbas h. l. M. CCC. XXXV.

VII. Kal. Decemb. Albertus Eyſenrich prepoſitus in Vnderſtorff.

VI. Kal. Decemb. Vlricus ppoſitus in Scheftlarn M. CCC. XX. V. Vlricus abbas in oſterhoven. Johannes quodam huj. loci abbas.

III. Kal. Decemb. Chunradus abbas h. l. M. CCC. LXIX.

DECEMBER.

Kal. Decemb. M. C. LXII. ob. *HADEWICH Comitiſſa fundatrix loci huius.* Gerbertus abbas in Meteme. *JUTA Aduocatiſſa* (forte *Judith* Vxor Friderici III.)

Non. Decemb. Hermannus abbas in oſterhoven.

VIII. Id. Decemb. Dietmarus prepoſitus in oſterhoven.

VI. Id. Decemb. Sifridus abb. alterſpach. Touta converſa *de pholinge* Soror nra Marquardus *Frœmelſperger* de quo habemus ſervicium.

V. Id. Decemb Heinricus abbas hu. loc. *de Netzſtal* proviſor bonus MCCCVI.

III. Id. Decemb. Gerhohus *de Fremrichiſperg* Engelpertus abbas in oſterhoven MCCCLXI.

II. Id. Decemb. Swikerus *de Hofdorph*, qui dedit nobis curiam geſuvent. Sigehardus decanus de vietha familiaris noſter de chalwezen. *STEPHANUS illuſtris dux Bavarie.* Eberhardus decanus dictus *Freundorfer* Plebanus in Viechtach MCCCXLIX. a quo habemus ſervicium a pietantia.

Idus

Idus Decemb. Chonradus L. *de Mosdorf.* de quo habemus ſervicium. Pertholdus prepoſitus in Vrſperc.

XVIIII. Kal. Jan. Gerungus prepoſitus de Rokinbvrch.

XVIII. Kal Jan. Reglint *de Lengenvelt.* Toutâ *de Kalmberg.* Henricus prepoſius de Spainshart. Katherina *de Fremelsperg.*

XVI. Kal. Jan. Chunegundis *de Calenberg.*

XV. Kal. Jan. Heinricus prepoſitus de oting.

XIIII. Kal. Jan. An. dom. M. C. XC. VII. ob. *ALBERTUS* (tertius) *COMES ADVOCATUS NOSTER. Iſte attulit nobis ſanctum Sabinum patronum noſtrum.* addit recens manus: *Sub abbate Conrado.*

„In codicis hujus parte ſecunda fol. 56. b. de iſto Alberto ſequentia notantur. Anno dom. MCXCVI Imperatrix peperit filium, qui vocatus eſt Fridericus, quod ut primum per Albertum comitem de Pogen tunc in Apulia exiſtentem Heinrico Imperatori innotuit, gratiam ſuam qua tunc carebat recipere promeruit. Sed & Ottocaro bohemo qui & Primævzel, cæſaris gratiam & ducatum priſtinum impetravit. Deſtitutus enim in curia wormacie celebrata fuerat pro eo, quod contra ducem Ludwicum in auxilium Al. comitis Bawariam intraverit. Eo tempore per jam dictum comitem Al. ſanctum Sabinum epiſcopum & Martyrem de Apulia recepimus in patronum. “

XII. Kal. Jan. Nicolaus abbas h. l. An. M. CCCC. XXXVI.

XI. Kal. Jan. Wolfgangus prepoſitus in Ror.

X. Kal. Jan. *HARTMANNUS Ep. Brixinens* Benedictus abbas in Arnoldſtein 1553.

VIIII. Kal. Jan. Oſanna *de Stainberch.*

VIII. Kal. Jan. Adelgundis *de Framelsberg.*

V. Kal. Jan. Chunradus abbas de Superiori altha. Pehrta *de Velberg.*

III. Kal. Jan. Paulus abbas h. l. An. dom. M. XV. hoc eſt MDXV.

In ejusdem Codicis Parte altera fol. 48. & 52. continentur ſequentia:

Anno dñi MCCCXLVIII. Terre motus magnus factus eſt in die converſionis Sci Pauli. vnd verſus.

M. C. triplicata ſemel L. minus I. geminata dat terre motum pauli converſio notum.

Veſpera dum canitur hec motio ſic agitur. Singula terrentur turres & caſtra moventur.

Item an. dni MCCCLVI^{to} iterum factus eſt terre motus magnus in die S. Luce Evangeliſte in galli cantu noctis.

Item anno dñi CCXVIII. conſtructa eſt nova Strubinga.

Item anno dni MCCLXXXVIII^{vo}. predicta civitas nova ſc. Strubinga ex ignis uoragine in vigilia S. Pantaleonis martyris Xi miſerabiliter penitus eſt deſtructa.

Item anno dni MCCCXXXII. dns Ludwicus Imperator obſedit civitatem Strubingam circa feſtum *S.* Oudalrici confeſſoris

ſoris Xi & ibi permanſit usque ad quintam feriam ante feſtum S. Bartholomei, & fecit pontem juxta oppidum quod dicitur chabers.

Item an. dni MCCCXXXVIII. menſe Septembri volauerat multitudo locuſtarum per totam Bawariam & eodem anno cremati ſunt Judei in Stſubinga nec non in Tekendorf pridie nonarum octobrium. vnde verſus:

Annis millenis ter denis & octo trecentis Judaicus populus tunc temporis eſt trucidatus quando volauere per terras multe locuſte.

Item anno dni MCCCXV. facta eſt fames magna, ita quod Scaffa Siligenis ſoluebatur V. Lib. & LX. den. monete Ratispon.

Item an. doni. M. CCC. XIII. habitus eſt conflictus juxta villam Gamelſtorf.

Item an. dni M. CCC. XXII. habitus eſt conflictus iuxta pratum Empfing in vigilia Michäelis archangeli, ubi excellentiſſimus princeps ac rex Ludwicus pro imperiali regno Romanorum venuſtam obtinuit victoriam adverſum Fridericum ducem auſtrie ac Hainricum germanum ſuum.

Item an. dni MCCCXLII. — — erat tantum, quod aque fluxerunt ultra pontem in Strubing.

Item an. dni. MCCCLVI. inclitus Dux Abertus Bawarie obſedit — — — berch.

Item an. dni MCCCLX. predictus dns dux albertus circumvallavit caſtrum Hilkerſperg.

Item an. dni MCCCXVI. turris iſta eſt conſtructa in altitudine trium interceptalium pars vero ſuperſtes eſt fere conſtructa.

Item anno dni MCCCLXXIX. pauimentabatur area huius ciuitatis.

Anno dni Milleſimo trecenteſimo Nonageſimo ſub Romano Pontifice dno dno papa Bonifacio nono. Extitit Annus Jubileus rome univerſo orbi plena indulgencia pene & culpe.

Anno dni MCCCLXXXXII. ſub eodem Romano Pontifice extitit annus jubileus in Bawaria civitate Monaci temporibus illuſtriſſimi Ducis dni dni Stephani eiusdem provincie, qui tunc temporis predictam gratiam impetrauit & obtinuit a ſupra dicto dno apoſtolico omnibus hujus regionis nec non cunctis Xti fidelibus uenientibus per tres dietas circumjacentibus provincie Bawarie omnibus confeſſis & contritis plenam indulgenciam pene & culpe. & durauit pro temporis ſpatio a dominica oculi usque in octavam Sci Jacobi apli.

MONU-

Digitized by Google

Digitized by Google

debito Dñs Albertus
quartu n Damnum Tradidit
et incorp pril. obiit vero
sup dēts s post Salvatoris
nōri in uarij.

Digitized by Google

MONUMENTA
VNDERSTORFENSIA.



PRAEFATIO.

Quum ante duo, & quod excurrit, luſtra Vnderſtorfenſe Canonicorum regularium inſigne Cœnobium Muſæ noſtræ adirent, & R. D. GELASIUS eo tempore Loci Præpoſitus ultro illis omnia offerret, quæ in ſcriniis ſupererant, Monumenta; id vnum vehementer dolebat, ſublatum, ignarus, quo facto, fuiſſe Codicem Traditionum nobiliſſimum, quem ante annos triginta viderant adhuc multi.

Etſi autem in hanc usque diem Codex iſte adhuc deſideretur; jacturam nihilominus ejus aliquantum compenſat Co*dex donationum* nuper repertus, & indu-

ſtria D. *Georgii* Canonici ſolertiſſimi *recens*, hoc eſt, Anno 1729. deſcriptus, haut dubie e priore nunc alicubi deliteſcente transſumptus, quod res ipſa docet, & allegata prioris Codicis ſolia demonſtrant.

Has igitur Traditionum chartas, & diplomatum Apographa, a R. D. AQUILINO, humaniſſimo Præſule, ultro nobiscum communicatas, ceu Monumentorum Vnderſtorſenſium Partem alteram Xmo monumentorum noſtrorum volumini ad pag. 227. adjicimus publicique nunc juris facimus, Hiſtoriæ, præſertim Nobilitatis boicæ illuſtrandæ haut parum profuturam.

Subdimus quoque Excerpta Necrologii e codice MS. membraneo Sæc. XIV. ineuntis ſignato B. 388. deprompta, quæ ſtudioſo Lectori non poterunt non eſſe jucunda.

MONU-

MONUMENTA
VNDERSTORFENSIA.

TRADITIONES INCERTORUM ANNORUM.

Num. I. Notula Traditionis duarum Hubarum in Reimpoldisried.

Noverint omnes ubique Fideles, quod *Eberhardus de Mutrichingen* duas Hubas *Reinpoldisreich* (Reimpoltsried) pro remedio animæ ſuæ & Parentum ſuorum ſuper Altare tradidit ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* ſub his Teſtibus *Arnoldus de Chamer*, *Eberhardus de Mütrichingen*, *Ridegerus* (Rudiger) *de Adeltshauſen* & *Filius ſuus Wolframus*, *Ulricus de Griesbach*, *Otto de Adeltshauſen*, & *Rudolphus* illic (intellige: ex eodem loco) *Otto de Utinhoven*, *Ulrich*

de Uſenhoven (Eyſenhoven) *Ulricus de Mandach*, *Sifrid Aldin*, *Perchtold de Syelenbach*, *Albrecht de Chamer*, *Chunrad de Uiſenhoven*, *Albrecht de Marchpach*, *Wernherus Piſtor*, *Berchtoldus Wizzo*, *Ulricus Muzzaer* (lego: Muſsauer) *Henricus Wibil*, *Henricus Winhaber*, *Rempertus Hargart.*

Num. II. Traditio Prædii Affingen.

Notum ſit omnibus Fidelibus, quod *Ezzo de Tannaren* tradidit prædium ſuum *Effingen* ſitum in manus *Chunradi* ad conſervandum ſibi & Uxori ſuæ *Richardæ*, hujus rei ſunt Teſtes *Marguardus*, & *filius ejus Marguardus*, & alius *Dietericus*, & *Ludwicus*, *Hajuricus de Holhajm*, *Rudegerus de Riethaim*, *Diepertus* & *Rudegerus filii ejus*, *Ulricus de Holhaim*, *Luitfrid*, *Wilhalm*, *Ruprecht de Stadelen*, *Helenwich de Münſter*, *Hageno de Holhaim*, *Traboto* (Rapoldus) *de Bayre*, *Hajuricus de Graben*, *Conradus de Walderdorff*, *Adelbertus de Burckheim*, *Fridericus de Dillingen* & *Uricus*. Poſt hæc profecturus Jeroſolimam rogavit ipſum *Conradum de Buechſchlagen*, ſi non rediret poſt vitam uxoris ejus id ipſum prædium Monaſterio in *Underſtarff* ejus animæ cauſa contraderet, & hujus rei Teſtes ſunt *Bruno oe Witlineſpach*, *Heidenricus de Volcraſtorf*. *Pilegrinus de Tannarn*, *Egelolfus de Eglofsried*, *Conradus de Pernlach*, *Meinhardus de Buechſchlagen*, *Wernherus de Wilach* & frater ejus *Diepoldus*, *Hajuricus de Tannarn.*

Num.

Num. III. Traditio Prædii in Gotinſperg.

Notum fieri volumus tam futuris, quam præſentibus, quod *Traboco* (lege: Rapoto) *de Laipolzſtorff* (Leyblſtorff) cum Uxore ſua & Liberis ſuis annuentibus prædium ſuum in *Gotinſperg* tradidit ſanctæ Mariæ in *Underſtorff* in perpetuam proprietatem tali pacto, ut nos duos ex Liberis ſuis filium ſcilicet & filiam in conſortium noſtræ Congregationis ſuſciperemus, & hæc præſente *Berchtoldo de Perenbach* ejus prædii Delegatore, qui etiam fidei fecit ſponſionem petente *Trabotone*, quod nihil cum hoc prædio ageret, niſi ſecundum Domini Præpoſiti & ſuæ Congregationis petitionem. Acta ſunt autem hæc in ſolemni foro *Aichach* ſub his Teſtibus, *Berchtoldus & filius ejusdem Berchtoldus de Suaippach* (Swaippach) *Eberhardus de Mutrichingen*, *Rudgerus de Adeltshauſen & filius ejus Wolframus*, *Amelbertus de Griesbach*, *Waltwinus de Parre*, *Reinhardus de Tallhauſen*, *Rudolphus de Schrobenhauſen*, *Fridericus de Rieden*, *Otto de Eſna*, *Haidenricus de Mümenbach*, *Berchtoldus de Dieſſe*, *Ulricus de Harthauſen*, *Albrant de Vicklingen*, *Marquardus Judex de Aichach*, *Dietricus de Witlinſpach*, *Conradus & Hainricus de Handigencelle* (Sandizell) *Berchtoldus & Berchtoldus de Pernbach*, *Ulricus de Griesbach.* Hi Teſtes de Hominibus ad idem prædium pertinentibus, *Eberhardus de Witelinſpach*, *Amelbrecht & filius ejus Ulricus* & ſervus ejus, *Gotfridus de Griesbach*, *Marguardus Judex de Aichach*, *Berchtoldus de Mülhauſen*, *Waldwinus* (Balduinus) *de Parre*, *Rudolphus & filius ejus*, *Conradus Küebach*, *Rudolph de Aich-*

ach, *Berchtoldus Ottmarshauſer*, *Ulricus de Gotinſpach*, *Berchtoldus* & *Albertus* Servi Præpoſiti.

Num. IV. Traditio Prædii in Schmegenzell.

Noverint omnes Domini viventes, quod *Machtildis de Perckhofen* prædium *Schmegenzell*, quod tempore vitæ ſuæ poſſidere debuit, pro remedio animæ ſuæ & Mariti ſui piæ memoriæ *Wernheri*, qui nobis idem prædium contulit ad uſus noſtros, dum adhuc eſſet incolumis, redire conceſſit.

Num. V. Traditio Curiæ in Umbach.

Sciant univerſi Fideles tam præſentes, quam poſteri, quoniam *Sophia de Ezenhauſen* contulit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* Curiam dictam *Umpach* pro remedio animæ *Conradi filii ſui*, conſentiente *Conrado fratre ejusdem Sophiæ de Giſingen* pro impetrata ſibi a Domino GREGORIO PAPA ſepultura Eccleſiaſtica, qui occiſus tamen pœnitens deceſſit ſubſcriptis his Teſtibus. *qui heic deſiderantur.*

Num. VI. Donatio Prædii in Sittenbach.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Ulricus de Sittenbach*, cum laboraret in extremis, pro remedio animæ ſuæ contulit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ *in Underſtarff* prædium in prætata villa ſolvens quinquaginta denarios. Teſtes hujus rei ſunt *Ulſchalcus Archipræſbiter de Friſingen*, *Eberhardus Decanus*, *Otto Plebanus de Sittenbach*, *Conradus Plebanus de Günzilhoven*, *Otto de Müninbach*, & *fratres ſui Ulricus*, *Eberhardus*, *Ulricus de Dachsberg*, *Otto de Pet-*

ten-

tenbach, & frater ſuus Ratoldus, Heinricus de Algoltisbach ſub eisdem teſtibus dedit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ *Strocearius* in prænominata villa prædium aliud ſolvens etiam annuatim quinguaginta denarios.

Num. VII. De Prædio in Werth.

Univerſis Deo Dilectis præſentibus & futuris patefieri affectamus, quod Prædium *Werd* a duobus *Fratribus Alberone, & Gebenone* decem & ſeptem tal (Talentis) comparatum ſuper Altare Beatæ Mariæ delegatum fuit horum Matre & Sorore annuentibus, ad cuius traditionis confirmationem Teſtes ſuccincte annotamus *Ulricum de Sittenbach*, ipſius Prædii Delegatorem, *Rapotonem de Undingen* cum ſervis ſuis, *Hajuricum Phunt, Hermannum, Albertum de Algotespach* (nunc Alberſpach) *Geroldum de Schillenhoven, Albertum Schönponem, Chunradum de Roregenmos* (Rernmos) *Ulricum, Perchtold, Horpertum de Werd, Seyfridum de Silinhoven* (intellige Schilmhoven) *Conradum Molendinatorem de Undinen, Berchtold, Arnold, Ulricum, Hajuricum* Servos, *Wicpertum, Gebhardum, Ulricum* Fratres. Hæc traditio facta eſt cum conſenſu OTTONIS *in Wittelſpach Palatini*, cujus Homines erant *Alberon*, & *Gebenon*.

Num. VIII. Littera Donationis duarum Curiarum in Villa Aſbach.

Notum eſſe volumus univerſis tam præſentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter Dominus *Arnoldus de Lühelſtetten* & *Schwigerus frater ejus* duas curias in villa *Aſbach*

bach pro remedio animarum ſuarum, omniumque Parentum ipſorum cum Villicis & uxoribus eorum, & ipſorum natis per manus Domini *Ottonis de Gerwigeshauſen* Eccleſiæ S. Mariæ *in Underſtarf* tradiderunt. Hujus' traditionis Teſtes ſunt *Udelſchalcus de Waleshoven*, *Otto de Moſen*, *Otto de Piburck filius Domini Rahewini Sighart & Henricus de Lintach*, *Udalricus de Chamere*, *Arnoldus de Pacharn*, *Gerwich de Hörſchenhoven*, *Wimar*, *Gottfridus*, *Wernherus de Volckrateſtorf*, *Altwin de Linternbach*, *Regeboto & Gerwich de Utencella*, *Herman & Arnoldus Vir ejus de Landfrideshuſen*. *Adelbero & Adlhart de Præiſingen*. *Tammo de Glane*, *Rudeger de Geyſenveld*, *Udalricus de Chrutenpach*, *Adelprecht de Affalterbach*, *Gelsrach de Amlingen*, *Diepoldus de Algeshuſen*, *Sigerifus de Wartenberg*, *Megenwardus de Aſbach*, *Udalricus de Oderadingen*, & alii quam plures.

Num. IX. Donatio alterius Curiæ in Aſbach.

Sub his Teſtibus in præſentia Domini OTTONIS *Friſingenſis Epiſcopi* dedit Domina *Richildis* curiam *Aſbach* ſitam acceptis quatuor talentis a clauſtro ſuper altare S. Mariæ *in Underſtarf*. Hujus rei Teſtes ſunt *Burckardus de Moſbach*, *Sigehardus de Miltach*, *Fridericus de Pobenhauſen*, *Hainricus de Dornbach*, *Ainwich de Hutenfurte*, *Eppo de Marchelingen*, *Albrecht de Pagindorff*, *Witilo de Pelohaim*, *Udalricus de Lochauſen*, *Pilgerius de Ebenhauſen*, *Herman de Perge*, *Richen de Aſbach*, *Udalricus Puer de Summenhuſen*.

Num. X.

Num. Aſbach, & Kollbach.

Sub his Teſtibus directa eſt lis, quæ fuit inter Fratres Undenſes, & Holzhartenſes pro prædiis, quæ ſita ſunt *Aſbach*, & *Colbach*, *Arnold* & *Walter de Straſſe*, *Walther*, *Remboto*, *Eberhart de Pertolteshaim*, *Gerbhart & Conrad de Gamiſchaim*, *Perthold der Munt*, *Otto de Stetteberck*, *Otto de Hergoltingen*, *Eberhart*, *Hainricus*, *Fridericus de Morocheshaim*, *Sifridus Swer*, *E. D. Holhaim*, *Garpold*, *Walther de Reinershoven*, *Sifridus de Lorenhe*, & milites ejus *Herman de Affingen* & *Ludowicus*, *Conradus de Strupen*, *Marquardus de Nordlingen*, *Fridericus & Perchtold de Eſchelingen*, *Dietericus de Salach*, *Otto de Hershuſen*, *Henricus Mange de Undineſtorff.*

Num. XI. Littera Donationis Manſus Hadprechtshauſen.

Sub his Teſtibus dedit Domina *Richil de Aſbach Richero* & *Sorori ſuæ Irmingardi* manſum *Hadprechtshuſen* in proprium, quatenus æquam inter ſe diviſionem facerent. Sub eisdem Teſtibus dedit *Richerum* & ſororem ſuam patenti manu cum prædicto manſu miniſteriali cum jure ſuper altare S. Mariæ *Underſtorff.* Teſtes *Heindenricus*, & *filius ejus Arnodus de Aufhauſen*, *Grim de Wiaren*, *Conradus de Othmarshart*, *Ulricus Sigemair de Schwabhauſen*, *Ulricus de Rote*, *Eberhart de Veldmochingen*, *Arnold Dorfriter*, *Conradus Pader*, *Diemar de Othmarshart*, *Ulricus Miles*, *Grimonis*, *Ritlieb de Glane*, *Ulſchalck de Wiberdorff*, *Iſengrin*

grin de Viechkirchen, *Abrecht Zant* & filius ejus, *Hainricus de Hirtlbach Meingöhus de Wichſe.*

Num. XII. Alia littera ſuper prædio in Eichenhoven.

Sub his teſtibus *Cunradus de Utenriede* fecit — — — de prædio, quod ſitum eſt in *Eichenhoven* acceptis tribus talentis a fratribus in *Underſtorff* coram *OTTONE Palatino de Witelinſpach*, *Ködeloch de Kirchberg*, *Hainricus de Erenbach*, *Seyfrid*, *Eberhart de Wittelinſpach*, *Syfridus & Conradus de Strumpen Paltwicus & filius ejus de Ceſpite*, *Diepold & filius ejus Rudolphus de Affingen*, *Gotfridus de Petenbach*, *Seyfrid de Burckhaim*, *Grimoldus de Pullenhauſen*, *Minhart de Parre*, *Eckart de Junckenhoven*, *Hainricus de Kücenkoven*, *Ferhtold de Eſchlbach*, *Hainricus de Pachern*, *Werenhart de Schnaipach*, *Kegel de Purckhaim*, *Vlricus de Altofshaim*, *Conradus de Lengenveld*, *Wernher de Anried*, *Marquard Judex de Aichach*, *Rudolph pp. de Kübach*, *Gerhart Gabeſſe*, *Rüdolff Camerarius* & alii.

Num. XIII. Prædio Grube & Miltach.

Notum ſit omnibus Chriſti Fidelibus tam præſentibus quam futuris, quod *Arnoldus de Mäſſenhauſen* dum ageretur ſepultura Matris ſuæ apud nos contulit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ prædium *Grübe*, ut poſt deceſſum ſuum ſepulturam in loco iſto haberet. Eodem die *Ulricus de Chamer* ſub eodem pacto delegavit ſuper aram ſanctæ Mariæ prædium quoddam in *Miltach* ſub teſtibus ſubſcriptis *Rudolphus de Weichs & filius*

filius ſuus Otto, *Otto de Hagewoe* (Hagenau) *Otto de Ettinsloh* (forte Ettenſchlag) *Conrad de Selwen*, *Conrad de Münnenbach*, *Conrad de Güpach*, *& frater ſuus Henricus*, *Henricus Schilcher*, *Conradus de Slipfe*, *Ulricus de Dachsberg filius ſuus Philippus*, *Henricus de Heginhov*, *Bernardus de Rornmos*, *Witilieb de Inzenmos*, *Rapoto de Sigmarshauſen.*

Num. XIV. De prædio in Pergdorff & Hardarn.

Notum ſit omnibus Xſti fidelibus, quod *Conradus & Otto fratres de Beigisbrunnen* (Baybrunnen), contulerunt Eccleſiæ S. Mariæ in Undenſtorff in ſepultura Matris eorum prædium quoddam in *Pergardorff* ſub his teſtibus *Rudolphus de Weichs*, *Conradus & Heinricus Fratres de Arnbach*, *Otto Aſinus*, *Otto de Waſen*, *Fridericus de Sigmarshauſen*, *Otto & Eberhardus de Münnenbach*, *Sipoto de Pürſenhauſen*, *Henricus de Schönenbrunnen*, *Ulricus de Dachsberg*, *& filius ſuus ſuus Philippus.* Sub eisdem teſtibus contulit nobis *Fridericus de Sigmarshauſen* accedente conſenſu fratrum ſuorum & Sororis prædium in *Harderen.*

Num. XV. De prædio Hartenhoven.

Noverint univerſi Xſti Fideles, quod *Arnoldus de Chamer* prædium ſuum *Hartenhoven* cum omnibus ſuis attinentiis tradidit S. Mariæ in Underſtorff in perpetuam proprietatem, quod tamen *a Comite de PHALEY* in feudo habuit, ſed petitione ipſius *Arnoldi præſente Duce jam dicto Comes* jus proprietatis ſibi aſſignavit, in feſto autem Beati Andreæ delegavit prædium prænominatum ſuper altare ſanctæ Ma-

riæ ſub his teſtibus *Arnoldus de Chamer*, *Conradus de Yſenhoven*, *Conradus de Inzemos & filii ſui Eberhardus & Chunrat Wunehovere* & alii quam plures.

Num. XVI. Littera Donationis Curiæ in Rieden.

Notum ſit omnibus Xſti fidelibus, quod Dnus *Rudolphus de Weichs* pro remedio animæ ſuæ contulit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Underſtarff curiam *Rieden*, ſolventem annuatim talentum ſub eo pacto, quod quamdiu viveret, in memoriam hujus ſack ſolveret ex ea annuatim octo denarios, poſt obitum vero ſuum libere uſibus fratrum cederet, cujus Curiæ cenſum dimidium videlicet dimidium talenti in morte *filii ſui Ulrici* nobis indulſit provenire. Teſtes hujus traditionis ſunt *Conradus de Eyſenhoven*, *Otto de Waſen*, *Otto de Münnenbach & frater ſuus Eberhardus*, *Ulricus de Dachsberg*.

Num. XVII. Pratum in Palsweis.

Noverint omnes tam præſentes quam futuri, qualiter Dnus *Gebhardus de Paldinwis* contulit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ pratum in eadem villa pro reſtitutione damni, quod intulerat coram Dno *Duce OTTONE*. Hujus rei teſtes ſunt *Conradus de Eyſenhoven*, *Berchtoldus de Schiltberg*.

Num. XVIII. Rot.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod *Ulricus de Weickershoven* in villa *Rot ſuperiore* tradidit Eccleſiæ S. Mariæ poſt mortem ſuam prædium cum duobus prius ad idem prædium

dium pertinentibus. Hujus rei teſtes ſunt *Conradus de Eyſenhoven*, *Rudolphus de Weichs.*

Num. XIX. Prædium in Sittenbach.

Notum ſit omnibus Xti fidelibus, quod *Ulricus de Sittenbach* cum laboraret in extremis, pro remedio animæ ſuæ contulit Eccleſiæ S. Mariæ in Underſtarff prædium in præfata villa ſolvens quadraginta denarios. Teſtes hujus rei ſunt *Ulſchalcus Archipræsbyter de Friſinga*, *Eberhardus Decanus*, *Otto Plebanus de Sittenbach*, *Conradus Plebanus de Günzlhoven*, *Otto de Münnenbach*, *& fratres ſui Ulricus*, *Eberhardus*, *Ulricus de Aſbach*, *Otto de Pettenbach & frater ſuus Ratoldus*, *Henricus de Algotiſpach.* Sub iisdem teſtibus dedit Eccleſiæ S. Mariæ *Strovarius* iu prænominata villa prædium aliud etiam ſolvens annuatim quadraginta denarios.

Num. XX. De Curia in Tannern.

Infra ſcripta Notula
Scripta eſt per me Berchtoldum Notarium infra
Scriptum de Libro antiquiſſimo Fundationis ipſius
Monaſterii in Underſtarff.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Berchtoldus Stumpfo* pro remedio animæ ſuæ contulit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Uuderſtorff* Curiam in Tannern, pro qua, quod nimis adjacens & contermina fuit prædio ac ejusdem villæ Domino ita videlicet quod partim foſſata, partim ædificia in ea poſuerat, inductu quorundam, qui nobis videbantur

esse sanioris consilii pro alia Curia in *Rüterit* (Ritigenried, vel Rittersried) cum prætaxato *Arnoldo* concambium contraximus, quam quia plenario jure nobis conferre non potuit, cum *Otto de Werde* prædictæ Curiæ Delegator esset, & ille foret absens laudamento promisit *& Otto Pes* secum, *Conradus de Chisingen* (Kyssingen) & *Conradus de Holenbach*, quod qualicunque tempore prænominatus *Otto* partes istas intraret, infra duodecim heptomadas eis disponentibus prædictam Curiam super Altare sanctæ Mariæ delegaret. Postea veniens ad nos Delegator prædii tradidit illud super Altare sanctæ Mariæ sub his testibus: ipse *Otto de Werde*, *Otto de Arenbach*, *& Eberhardus*, *Otto de Pettenbach*, *Albrecht de Holzlinden*, *Fridericus Sagittarius*, *Albertus de Stymme*, *Hartwic de Wintingen*, *Chön* (Chuno vel Chono) *de Gallenbach*, *Conradus Sufflator*.

Num. XXI. Donatio prædii Reisgang.

Omnibus Deum Colentibus notum fieri volumus, quod de piscatione nostra, quam *Palwinus de Wasen* & filii ejus eo defuncto pluribus annis violenter & contra jus in suos usus assumpserant, lis ita decisa est, quod *Otto*, annuente *fratre suo Seyfrido* prædium quoddam *Risgangen*, quod dicitur *Hortus* cum suis attinentiis tradidit S. Mariæ, nos quoque conversim proprietatem piscationis jam dictæ ipsis assignavimus sub his Testibus *Rudolphus de Weichs*, *Seyfridus de Stainkirchen*, *Otto de Wasen & frater ejus Seyfridus*, *Seyfridus de Holzhausen*, *Tanno de Glan*, *Erimoldus de Weichs*, *Ulricus de Augusta*, *Wernherus Pistor*, *Hainricus*, *Ulricus Pellifer*.

Num.

Num. XXII. Littera Traditionis Curiæ in Kleshof.

Noverint omnes ubique Deum timentes, quod *Conradus de Wiſingen* pro anima *fratris ſui Wolframi*, quem *Rex FRIDERICUS* decollari fecit, & aliorum Parentum ſuorum Curiam *Kleshau* tradidit S. Mariæ in Undineſtorff. Hujus rei teſtes ſunt *Conradus de Giſingen*, *Hainricus Studan*, *Rudolphus*, *Otto filius Studan*, *Otto de Rubingen*, *Syfridus de Giſingen*, *Ulricus de Auguſta*, *Bernardus Piſtor*, *Henricus Prünler*, *Rudolphus*, *Rembertus*, & *Hasgart Coqui*, *Henricus Winhaber*.

Num. XXIII. Littera donationis prædii in Briell, & prati ibidem.

Omnibus Xti Fidelibus inſtantibus pateat, & futuris, quod *Berchta vidua de Iſolzried & filius ejus Henricus* prædium in *Prüle* per mortem cujusdam familiaris ſui in ipſos derivatum cum omnibus ſuis attinentiis Collegio in Underſtarff contulit, ut filiam ejus reciſa conditione dicti fratres hac oblatione ſuſtentandam ſibi incorporare ſatagant, & pratum ibidem, quod multo tempore noſtris ceſſerat uſibus, & per obligationem ab uſu Eccleſiæ fuerat devolutum pari ratione cum prædicto prædio aſſignavit. Hæc facta ſunt ſub his teſtibus *Paltwinus & frater ſuus Purkardus*, *Hainricus de Raipach*, *Hainricus de Eyſolzried*, *Sifridus de Patershauſen*, *& frater ſuus Ulricus de Schwabhauſen*, *Simon de Hatishoven*.

Num.

Num. XXIV. Donatio Prædii in Perge.

Noverint univerſi Xti Fideles tam præſentes, quam poſteri, quomodo *Rudigerus Junior in Perge* veniens ad nos cum *uxore ſua Agnes* prædium ſuum *Perge*, quod uxori ſuæ in dotem tradiderat una cum reliqua parte ejusdem prædii, quamquam Duus *Pater ſuus Rudigerus* poſt obitum *filii ſui* ſcilicet ipſius *Ridgeri* Eccleſiæ S. Mariæ donaverat per manus Delegatoris videlicet *Stumph* ſimul & ſemel uxore ſua hoc aſſentante Fratribus in Underſtarff contulit ſub hac forma conditionis, ut cum victu illi veſtitus Fratris converſi, uxori vero LX. denarii ipſis orantibus adminiſtretur. Quæ traditio facta eſt ſub his teſtibus, ipſe Delegator *Bertholdus Stumpf*, *Arnoldus de Chamer*, *Eberhardus de Mütrichingen*, *Grimoldus de Raibach*. *Diepoldus de Affingen*, *Seyfridus & Berchtoldus de Handigenzell* (Sandizell) *Pero de Sielenbach*, *Menigoz de Sielenbach*, *Otto de Attenpach*, *Fridericus de Weyarn*, *Seyfridus de Holzhauſen*.

Num. XXV. De prædiis Stainkirchen, & Hardern, Kaltenthall, Holzen, & Buechſchlagen

Notum fieri volumus tam futuris, quam præſentibus, quia *Fratres dicti Pedes*, *Hermannus*, *Henricus*, *& Otto* prædia ſua beatæ Mariæ in Underſtarff pro remedio animæ ſuæ & Parentum ſuorum contulerunt; *Hermannus* dedit nobis duas Curias *Stainkirchen*, *& Hardern*, *Henricus* dedit nobis ſimiliter duas *Kaſſental & Holzen*, *Otto* dedit nobis curiam *Büechſchlagen*. Igitur ut ea traditio illis magis ſaluti-

lutifera fieret, & nobis firmior permaneret, quilibet ipſorum de prædio ſuo annuatim modium ſiguli (puto ſiliginis) ſe daturum ſpopondit, acta ſunt hæc eo die, quo Matrem ſuam beatæ memoriæ in terra ſepeliverunt præſentibus Fratribus ſuis Clericis *Sifrido & Perchtoldo*, & aliis, quos hic ſubſcribimus, *Mangoldus Decanus de Olchingen*, *Albinus Plebanus de Holzhauſen*, *Leo Ple. de Yſenbach*, *Hainrico Ple. de Pelham*, *& frater ſuus Rapoto*, *Lantfridus Plebanus de Glan*, *Hermannus Pes & omnes fratres ſui*, *Eglof de Sulzemos*, *Arnold de Buechhaim*, *Ulrich de Machtolſingen*, *Fridericus de Wayarn*, *Rübel*, *Otto & filius ſuus Hein. Rübel*, *Ulrich de Aſbach*, *Albrecht de Allingen*, *Henricus de Peyſingen*, *Hainricus de Rüchendorff*, *Conrad Senge*, *Marquardus Antelin*, *Conrad Gans*, *Conrad de Perg*, *Ulrich de Weigkertshoven*, *Hericus Stroware*, *Eberhart de Perge*, *Heinrich de Gerunte*, & frater ſuus, *Henricus Stehele*, *Hainricus negſt an der Nüſſen*, *Conrad de Puchhaim*, *Grimo de Weyarn*, *Conrad de Weyarn*, *Albrecht de Sulzmos*, *Conrad de Sulzenmos*, *Wernher de Sulzen.*

Num. XXVI. Donatio prædii in Schwabenhauſen.

Noverint omnes Xti Fideles, qualiter *Conradus de Schwabhauſen* in hora mortis ſuæ delegavit prædium ſuum in *Schwabhauſen* in manus *Friderici de Weyarn* ad conſervandum illud uxori ſuæ, & filio ejus, & poſt obitum illorum fratribus in Underſtorff Deo ſervientibus, quod factum eſt præſentibus ex cœnobio Præpoſito Artwino Decano Cellerario & Cammerario. Hujus rei Teſtes ſunt ipſe Delegator

prædii *Fridericus*, *Gotfridus de Pacharn*, *Ulricus de Schwabhauſen* & frater ejus, *Henricus Glaner*, *Harwicus & Conradus* villici illic, *Ulricus Eccleſiaſticus* & frater ejus *Conradus & Conradus & Loblinus* Servi de Clauſtro.

Num. XXVII. Littera delegationis Molendini in Laushofen, nunc Frauenhofen.

Hic denotantur Teſtes, quorum præſentia filii Domini *Arnoldi Senioris de Meſſenhauſen*, & Mariti filiarum ſuarum ſanctæ Mariæ & Eccleſiæ in Underſtarff delegaverunt Molendinum ſitum in *Laushoven*, & Curiam ibidem. Quorum nomina ſunt, *Liber de Hagenau*, Dnus *Gerurgus de Cerenbach*, Dnus *H. de Schmichen*, Dominus *Schilwaz de Cayns de Weylkellen Miles de Marchbach.* Dnus *M. de Holzham*, *Chrüch*, *Reinhart Senior Cherphe* & Junior *Cherphe*, *Griefinger*, *Kilcholz Teloniarius in Aichach*, *Schilcher*, *Peruger*, *Ulrich Porte. Gebhart de Stirbenwoch*, *Sibenhar de Waidhoven*, *Diepolt de Mülried*, *R. de Steingrif*, Dnus H. *Strower Sacerdos*, D. *W. Strower Sacerdos*, *Dnus O. Sacerdos de Helzenhauſen*, *Dnus H. Sacerdos de Syelenbach*, *Perchtoldus Pincerna de Weinbach* (forte Schawainbach) Dnus G. *de Gulzhoven* & cæteri quam plures.

Num. XXVIII. Traditio Prædii Wenge, circa An. 1160-79.

Noverint omnes Fideles, qualiter *MACHTILDIS* *) *Duciſſa de Dachave* una cum *filio ſuo CONRADO* delegavit

*) Alibi Udilhildis, & Adelheidis adpellatur.

vit prædium, quod habuit in *Wenge* quæſitum & non quæſitum in manus fidei *Ulrici de Lochhauſen*, quatenus nihil aliud de eo faceret, niſi quod Fratres de *Underſtarff* peterent. Hujus rei Teſtes ſunt *ARNOLDUS Comes de Dachau, & Chunradus puer filius Conradi, Pilgrim de Ehenhauſen Urbis Præfectus Auguſtæ, Ortorf & Fridericus frater ejus de Sigmarshauſen, Berchtold de Pfaffenhoven, Conradus filius Pilgrimi, Hajnricus & Hertwicus de Brittelnbach* (nunc Prigibach) *Grino de Wiaren* (Weyarn) *Ortolf de Inzenmos.*

Num. XXIX. Donatio facta Monaſterio in Underſtarff ſub Friderico Romanorum Imperatore, ejusque Sigillo appenſo.

Quoniam ſicut in memoria æterna erunt Juſti, ſic eorum bona opera lucere debent coram Hominibus, ut glorificetur Deus in eis. Dignum eſt, ſcripto commendare & notitiæ tam præſentium, quam futurorum fidelium ſignificare, qualiter *Gotefridus de Herzhauſen* prædia, quæ in eadem villa, & *Celle, & Mandelshauſen* poſſedit, legitime in manus *Helenberti de Simmingen, Chunonis de Luipoteshoven* delegavit eo tenore, ut ſi alia ipſius *Gotefridi* petitio non interveniret, ipſi *Helenpertus & Chuno* eadem prædia poſt mortem *Godefridi, & Fratris ſui Udalrici* Conventui ſub titulo ſanctæ & perpetuæ Virginis Mariæ in *Underſtarff* Deo militanti pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum perpetuo poſſidenda contradantur, ita ut Curia *Celle*, & manſus unus *Mandelshauſen* in uſus fratrum, excepto

prato, poſt mortem ſolius *Godefridi* cedat, reliquam vero prædii partem frater ſuus *Udalricus*, quamdiu ſuperſtes fuerit, poſſideat, nec tamen traditionem factam mutare, vel alienare valeat. Quod ſi prædictus Conventus eadem prædia & dotem ſanctæ Mariæ conceſſione, venditione, vel cambitione ſibi alienare voluerit, ad Hæredes ipſius *Godefridi* Jus poſſeſſionis redeat. Si vero totum prædium Dominio eorum deceſſerit, ipſi ſacerdotem unum, & Clericum alium in Capella in honore ſancti Petri conſecrata ſervire Deo conſtituant, Dos vero Capellæ in iure ejusdem, ſicut debet, permaneat, adjuncto etiam, ut quædam pars prædii *Herzhauſen*, quam ipſe *Godefridus* Hominibus ſuis dedit, illis ſtabiliter permaneat. Si vero quisquam hoc ipſum eis ſubtrahere voluerit, & Advocatus Monaſterii ipſos defendere neglexerit, ad cujuscunque tuitionem confugiendi liberam facultatem habeant, nec tamen poſſeſſionem amittant, *Gebolfus*, *Hermannus*, *Luitpurga*, *Otto*, *Henricus*, *Otto*, *Wolfram*, *Mathias*, *Ludinta* (Ludmilla, vel Ludwina) *Ruprecht*, *Rüprecht*, *Benedicta*, *Hardwic*, *Dietwin*, *Wernher*, cum fratribus & ſororibus ſuis *Machilt*, hos autem ſubſcriptos jure & lege Miniſterialium eidem Monaſterio dedit *Geblofum*, *Hermannum*, *Ottonem*, *Henricum*, *Ottonem*, *Adelpertum*, *Dietwinum*, *Gotefridum*, *Heroldum*, *Luitpurgam*, *Ludinta*, *Machilda*, *Luitpurga*, *Hadewic* cum Liberis ſuis, *Rilint* (Richlindis vel Richildis) cum Liberis ſuis, *Rilint*, *Adelhaid*, *Machild*, *Benedicta*, *Richild*, *Diemut*, ſi vero Advocati poteſtas, vel alterius cujuslibet prædictis Hominibus jus illud confringere voluerit, liberi ſint, ut fugiant,

quo

quo velint, religua vero familia utriusque ſexus conveniencia ſervitia non recuſent; facta eſt autem hæc traditio ſub glorioſo Romanorum Imperatore FRIDERICO.

Num. XXX. Friderici Barbaroſſæ Rom. Imperatoris Confirmatio Heretſhuſii. An. 1166.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis FRIDERICUS divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Juſtum & rationabile Nobis videtur, ut Fidelium noſtrorum juſtis, & honeſtis petitionibus acquieſcamus, &, ſi pro remedio animarum ſuarum Eccleſiis Dei aliqua beneficia conferre voluerint, pium arbitramur, ut benignum Auctoritatis noſtræ eis præbeamus aſſenſum. Eopropter cognoſcant univerſi Fideles Imperii præſentes, & futuri, quod noſter fidelis *Godefridus de Herzeshuſen* Miniſteriälis Regni pro remedio Animæ ſuæ, & omnium Parentum ſuorum totum prædium, quod habet in Bavarica Dominatione, videlicet in villa *Herzeshuſen* cum omnibus Bonis ibidem pertinentibus, & cum Hominibus per manum noſtram in manum *OTTONIS Majoris Palatini de Witelnſpach* dedit, & reſignavit ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* hoc modo, hoc tenore, quod prædictus *Godefridus cum Fratre ſuo Ulrico* eadem Bona tempore vitæ ſuæ habeat, niſi forte prius illa Bona ſpontanea voluntate ipſi Eccleſiæ dimittere velit. Statutum eſt etiam, & firmatum, quod prædictum Prædium cum hominibus, & cum pertinentiis vel per venditionem, vel per Concambium vel per aliquam Donationem Imperii ipſa Bona redire debere decernimus. Hujus rei Teſtes ſunt

OTTO Major Palatinus de Witelinſpach, Comes Diepoldus de LEZEMUNDA (LECHSMUND) *Ulricus de Lochhauſen, & Filius ejus Sighardus de Päſingen, & Filius ejus Seyfridus de Donreſperg* (Donnerſperg) *Conradus Purggravius Auguſtenſis, Ulricus Major-Domus de Auguſta, Hermannus Pes, Arnoldus de Holzen* & Alii quam Plures.

Signum Domini FREDERICI Romanorum Imperatoris invictiſſimi

Ego *Chriſpianus* (lege Chriſtianus) ſacri Palatii Cancellarius, & Moguntinæ ſedis Electus recognovi.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo centeſimo Sexageſimo Sexto Indictione quartadecima regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo, Anno Regni ejus quarto decimo, Imperii vero undecimo feliciter Amen. Datum apud *Ratisbonam* tertio Idus Aprilis.

Num. XXXI. Donatio Molendini in Aſbach. An. 1168.

Noverit univerſus Eccleſiæ Senatus qualiter *Walterus Burenſis* Abbas cum omni Congregatione molendinum quod in *Aſbach* legitima poſſeſſione poſſedit fratribus in *Underſtarff* Deo ſervientibus perpetualiter cum ſuis pertinentiis poſſidendum tradiderit, & quod manu *Berchtoldi Comitis de ANDECHS* Advocati ſcilicet ſui hanc traditionem corroboraverit.

raverit. Quæ traditio ut verius credatur, & firmiter teneatur, impreſſione ſigilli S. Benedicti juſſimus inſigniri.

Num. XXXII. Prædium de Karpfhoven. Poſt An. 1183.

Notum fieri cupimus tam præſentis quam futuri temporis Fidelibus, qualiter terminata ſit lis, quæ fuit inter Undenſes Fratres, & Dnum *Fridericum de Sigmarshauſen* de prædio, quod dicitur *de Karp*, eo pacto ut ipſe hæreditario jure deinceps poſſideret curiam in *Weyarn*, & præterea aliud prædium in *Schillenhoven*, quod annuatim ſolvit ſex ſolidos, tantum ad tempus vitæ ſuæ, poſtea cedat in uſus fratrum, quod factum eſt *Ebenhuſii* annuente DUCE LUDOVICO. Hujus rei teſtes ſunt ipſe *DUX*, *OTTO PALATINUS*, *OTTO Comes de Phalaia*, *Wernhardus de Starcholzhauſen*, *Marquardus Dipinried*, *Karle* (Karolus) *Judex*, *Halle*, *Rudgerus de Salfœd*, *Zapoto Gundingen*, *Paltwinus de Ceſpite* (von dem Waſenhof infra Aſbach) *Eberhardus Wittelinſpach*, *Arnoldus Sandigenzelle*, *Diepoldus Affingen*, *& filius ejus Rudolphus*, *Gotfridus Petenbach*, *Henricus Hemenhoven*, *Gebhardus Paldenwis*, *Engelram Dachave*, *Grimolt Pullenhuſen*, *Wernhardus Goprechishoven*, *Conradus Pelham*, *Gotfridus Pacharn*, *Egelolf Einſpach*, *Herman & Hainricus Pedes*, *Pilegrinus & Henricus Milites eorum*, *Conradus Bayrbrunnen*, *Grimoldus Priſingen*, *Ulricus Toïofkirchen* (Taufkirchen) *Hainricus Celle*, *Sighart* & frater ejus *Herman Eſtingen*, *Berchtoldus Fuch*, & filius ſuus *Perchtold*, *Heinricus*, *Ulricus Gellen*, *Diethoch Gegenpoint*, *Grimold*,

Ul-

Ulricus Ropach, *Arnoldus Chaine*, *Albertus Linthach*, *Harnûst Haimenhuſen*, *Rudegerus Staingrüf*, *Arbo & Conradus Wunnenhoven*, *Grimold Glane*, *Conradus filius ſuus Hainricus*, *& Fridericus Vatichren*, *Bernhard Praitenau*, *Fridericus & Uaiſchalcus Antenhuſen*, *Conradus Weichs*, *Fridericus Pachern*, *Perchtoldus Geboltſpach*, *Gotſchalcus Raſpe*, *Henricus Forhe*, *Richerus Forze*, *Ulricus Schwabhauſen*, *Conradus Inningen*, *Conradus Lotſpach*, *C. Inzenmos*, *E. Pettenbach*, *Henricus Kenhuſen*, *Ulricus & Albero* etiam illic *Mercatores*, *Conradus camerarius Chelbaim*, *Conradus von der Sage.*

Num. XXXIII. Henrici VI. Rom. Imper. Confirmatio ſuper Hertshauſen. An. 1192.

HENRICUS Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Ad æternæ vitæ præmium & temporalis Regni incrementum apud Regem Regum Nobis proficere non ambigimus, ſi Eccleſiarum commoditatibus, & religioſorum virorum profectibus diligenter intendere curaverimus, & operam præſtare efficacem. Eapropter ad imitationem ſereniſſimi Patris noſtri Romanorum quondam Imperatoris invictiſſimi ad notitiam Univerſorum tam præſentium quam futurorum Imperii noſtri fidelium devenire volumus, quod quondam fidelis noſter *Godfridus de Herzhauſen* Miniſterialis Imperii pro remedio animæ ſuæ & omnium Parentum ſuorum totum prædium, quod habuit in Bavaria, videlicet in villa *Herzhauſen* cum omnibus bonis & pertinentiis ſuis atque curtibus *Mandelpuchel*, *Malzhauſen*,

&

& *Celle*, & cum hominibus per manum dicti Patris noſtri in manum *OTTONIS Majoris Palatini de Wittelſpach* dedit & reſignavit ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ in *Underſtarff*, ſtatutum eſt etiam & firmatum, quod prædictum Prædium cum hominibus & cæteris ſuis pertinentiis vel per venditionem vel per concambium vel per aliquam aliam donationem nunquam ab Eccleſia ſanctæ Mariæ, debeat alienari, & ſi alienatum aliquo prædicto modo fuerit, in Jus & Dominationem Imperii ipſa redire debere decernimus. Ad hujus autem rei robur præſentem chartam conſcribi & Majeſtatis noſtræ Sigillo iuſſimus inſigniri, ſtatuentes, & imperiali edicto ſancientes, ut nulla omnino Perſona ſæcularis vel Eccleſiaſtica hanc paginam noſtræ confirmationis præſummat infringere, vel ei auſu temerario contrarire, quod qui fecerit, noſtram Indignationem ſe noverit incurſurum. Hujus rei Teſtes ſunt *Otto Bambergenſis Epiſcopus*, *Wolfgerus Batavienſis Epiſcopus*, *Conradus Ratisbonenſis Epiſcopus*, *LEUPOLDUS Dux Auſtriæ*, *LUDOVICUS Dux Bavariæ*, *FRIDERICUS quondam Palatinus Comes*, *Henricus de Biburg*, *Henricus de Tolenſe*, *Lutoldus de Kelheim & filius ejus Ulricus*, *Ulricus de Schrobenhauſen*, *Seyfridus de Mulchauſen*, *Eberhardus de Wittelſpach*, & alii quam plures. Datum *Ratisbonæ* anno Domini Milleſimo centeſimo nonageſimo ſecundo Indictione decima, Sexto Kal. Februarij.

Num. XXXIV. Donatio, ſive Jus Patronatus Eccleſiæ Parochialis in Junkenhoven. An. 1197.

Noverint omnes Chriſti fideles præſentes & futuri, qualiter *Ecckardus de Junckenhoven* anno ab Incarnatione Domini Milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo in Aſſumptione ſanctæ Mariæ venerit *Underſtorff*, prædium ſuum *Junckenhoven* huic Eccleſiæ delegare, ſcilicet duas Curias, & Advocatiam Eccleſiæ ſecum adhibitis prædii delegatoribus, *Cherungo* videlicet *de Perge*, *Ulrico de Hadprechtshauſen*, petitionem vero, quæ ſpectabat ad ipſum, Congregationi libere aſſignavit tali facta conventione, ut ſi quid Congregatio ab ipſis Delegatoribus ſuper hoc prædio faciendum rogaret, transacto quinquennio petitioni ejus aſſentirent, ſpatium vero quinque annorum ea de cauſa implicatum eſt, ut ubicunque locorum hoc prædium obligatum fuerit, *Ecckardus* ipſe reſolvat, & poſtmodum ſic liberum cedat in uſus Fratrum; hoc quidem factum eſt tali mediante commutatione, ut Conventus duas ipſi Curias, quoad usque viveret, aſſignaret, Curiam videlicet in *Tannaren* (Tandern) & Curiam *Buechſperg*, & poſt obitum ipſius prædium ſuum, quod nobis contulit, & Curiæ ſibi præaſſignatæ in uſus fratrum absque contradictione redeant. Quæ conventio facta eſt tempore Præpoſiti *Berchtoldi* ſub his Teſtibus *Ecckardo in Junckenhoven*, *Cherungo* (forte Geringo) *de Perge*, *Ulrico de Hadprechtshoven* ejusdem prædii delegatoribus, *Hartwico de Richlolſtorff & Milite ejus*, *Meinhardo de Straſo*, *& Conrado*

rado Erenbach, Ottone Ubinger, Berchtold Menchestein, Ulrico Dachsperger, Seyfrido & Ottone Utenhover, Gebeno Werden, Conrado Celle, Pernolt de Mündelingen, Henrico Stoberlin, Ulrico Pellifice bürieth, Sifrido & Math'yno de Steftare (Scheſtlare) *Rapotone* Molendinatore, *& Ekardo piſcatore Aſpach, Chunrado Pellifice aienhoven* (Ajnhoven) Conrado Vietatore Ratisbonenſi, & Servo ejus *Rudigero, Wernhero* Piſtore, *Ulrico Pellifice, Ulrico Calcifice, Alberone Wuſe, Rudegero ſervo Utenhover* & aliis de familia noſtra & Converſis Fratribus de Clauſtro.

Num. XXXV. Litteræ Reſignationis Hubæ in Frencking. An. 1200.

In nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti amen. Bonæ operationis propoſitum ſtudentur ab omnibus diligentius promoveri, & præſertim ea, quæ ſalutari monitu offeruntur pro his, quibus eadem receperunt, & hi modo ſunt, quod nos fieri non dubitamus, ut nos tunc unam cum ipſis per hæc pia & voluntaria dona ſecundum quæ pariter hic terreno habitu poſſedimus ſimul & per miſericordiam Filii Virginis in cœleſti habitaculo jugiter commoremur, hinc eſt, quod ego *Conradus de Weichs* ad notitiam cunctorum pervenire deſidero, quod cum libera voluntate *fratrum meorum* ſcilicet *Diepoldi & Greiffonis* hubam meam in *Frenckingen*, quam cum forma proprietatis a cunctis Progenitoribus meis ſuſcepi ac poſſedi, ad gremium ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* pro ſalute animæ & remedio Patris mei, omniumque Parentum meorum cum omni titulo proprietatis, nec non cum omni-

bus pertinentiis ejus quæſitis & inquirendis cultis & incultis data dextera firmiter reſignavi libere & abſolute pure & ſimpliciter propter Deum, ad defendendam itaque prædictam Hubam ab indignis vexationibus Præconum, & Judicum reſervabo mihi & idoneis Succeſſoribus meis jus advocatitium de eadem huba videlicet octo denarios, vel octo pullos, aut quod ex his Cultor eiusdem hubæ dare magis præſummat, & hoc tantummodo pro titulo liberæ defenſionis ſubnotatur, ſubjuncta etiam inſuper majore cautione, quod ſi ego aut aliquis Succeſſorum meorum violato jure prætaxato majorem exactionem, vel alia indebita ſervitia de prædicta Huba exquirat, & niſi poſt trinam admonitionem infra ſex ſeptimanas ſatisfecerit, omni honore & jure advocatitio de cætero ſit privatus. ut autem datio hæc proprietatis robur obtineat ſempiternum, præſentem chartam comparavi, & ſigillo meo, & ſigillo ſanctæ Mariæ ejusdem Eccleſiæ roboravi. Hujus rei Teſtes ſunt Dominus *Conradus Plebanus de Weichs*, *Gebhardus*, *Chonradus Goylber*, *Chunradus Kayſer*, *Chunradus Raiger*, *Poppo*, *Marquardus*, *Chunradus Menneler*, *Hainricus de Stumphsperg*, *Ulricus Slegel* & alii quam plures fide digni. Acta ſunt hæc anno Domini Milleſimo ducenteſimo.

Num. XXXVI. De prædio Rürgenmos.
circ. An. 1200.

Sciant univerſi Fideles præſentes & Poſteri, qualiter *Otto Comes de PHALAY* de Curia in *Rürgenmos* fecit —— pro quinque talentis a fratribus in Undenſtarff ſibi collatis, quam

quam quondam *FRIDERICUS Palatinus* facto concambio pro curia eorumdem Fratrum, quod dicitur *Stainkirchl*, Undenſi contulit Eccleſiæ, poſt deceſſum vero Palatini *Comes Conradus* eandem curiam violenter uſibus ſuis ſupputavit. Unde *filius ſuus Otto Comes* ſub eadem forma, quam a Patre ita ad ipſum inter redditus patrios declinaverat a ſimili in uſus ſuos usque nunc redegerat, ſed tandem reſipiſcens ſecundum ſupra dictam conditionem ejusdem curiæ abrenuntiavit, & prælibatis fratribus aſſignavit, & ſuper altare S. Mariæ perpetuis uſibus omni remota Poſterorum ſuorum conditione delegavit, quod factum eſt ſub his teſtibus, ipſe *Comes Otto de Phalay*, *Conradus de Uiſenhoven*, *Har. de Hochenkirchen*, *Fridrich de Luſe*, *Xpan* (Chriſtianus) *de Valei*, *Rudolph de Warngen*, *Lutwin de Hochenkirchen*, *Dietrich Sagittarius*, *Wernherus frater ſuus*, *Arnoldus coquus*, *Wernherus Piſtor*, *Perchtoldus & Lüblinus* (Philippus) ſervi Præpoſiti.

Num. XXXVII. de Curia in Nulen.

Ante an. 1214.

Notum fieri cupimus tam futuris, quam præſentibus, quod LUDEWICUS *Dux Bavariæ* prædium ſuum *Nulen* (vulgo Neüll) cultum & incultum, Eccleſiam cum Hominibus & omnibus ſuis Appendiciis pro remedio animæ ſuæ & omnium Parentum ſuorum tradidit ſanctæ Mariæ in *Undineſtarff*, & hoc annuente & petente *cognata ſua HAILCA**)

*CA**) *quondam Duciſſa Böemiæ.* Vt igitur hæc traditio nobis ſtabilior exiſteret, ipſe Dux idem prædium in manus *Kalhoi Comitis de KÜRCHBERG* delegavit, donec ipſe altari ſanctæ Mariæ contraderet, quod factum eſt in Civitate *Friſinga.* Hujus rei Teſtes ſunt *Chunradus Comes & filius ejus de MOSBURCK, Kalhoch Comes de KÜRCHBERG, Reinhardus Comes de Roteneck & Seyfridus & Otto, & Syfridus Kopf, Conradus de Frümbich, Arnoldus de Gangartshoven, Albero de Andoltshauſen, Conradus de Bayrburſe* (puto: Bayrberg) *Arnoldus de Chaner, & filius ejus Berchtold, Hajnricus de Crandſperg, Conradus de Eyſenhoven, Henricus de Syttenbach, Hajnricus de Richolsdorff, Hainricus Vagen, Hajnricus Cancer, Ulricus de Schrobenhauſen, Albero Sibenfreut, Rudolphus & frater ejus Eyſenreich de Waldeck, Hainricus de Schragen, Gebhardus & Diepoldus de Menzingen, Engelramus de Dachau, Fridericus Judæus, Hainricus de Wolfertsdorff, Rudolphus de Affingen, Hermannus Marſchalcus, Hageno de Werenbach, Berchtoldus de Geblſpach, HERMANNUS Telonearius & Sibotho de Auguſta, Gebhardus de Taulbach, & Ulricus frater ejus, Albertus Sibenhar.* Poſtea ad nos veniens Dominus *Kalhous Comes de KÜRCHBERG* ipſe delegator tradidit ſcilicet illud

in-

*) Iſta *Hailca*, ſeu *Hulica*, erat Vxoris LUDOVICI LUDMILLAE Matertera, ut patet ex adjecta Tabula genealogica, quam ex *illuſtrata Germania principe* pag. 692. & PRAY *Annal. Hungar. Partt I.* pag. 147. *Nota q.* collegimus. Eadem *HAELICA ducisſa pomie* occurrit in Excerptis Necrologii Vnderſtorfenſis IDIBUS AUGUSTI.

ſuper Altare ſanctæ Mariæ ſub his Teſtibus *Wilhalm ab tuau*, *Berchtoldus de Ode*, & Servi ſui, *Cunradus de Schirlingen*, *Gebhard Lutwin*, *Hainricus Wirſtain* Servi Præpoſiti, *Conradus Leubl*, *Wer. Berchtoldus Ulricus Pellifer*, *Porto*, *Rupertus Carpentarius*, *Wernherus*, *Berchtoldus Piſcator*, *Hainricus Wibl*, *Hainricus Lauzo*, *Wernherus Vongich*, *Scorpo. Arnolt*, *Haregart*, *Ulricus Calcifer*, *Pernolt*, *Hainricus*, *Gebehard*, *Ulricus Pulſator.*

Num.

Geiſa II. Rex Hungariæ † 1161.

- Stephanus III.
- Bela III.
- Hailca, Vxor Suatopluci Bohemie Principis Brinn.
- Eliſabeth Vxor Friderici Bohemiæ Ducis
  - Ludmilla Vxor I. Alberti III. Com. de Bogen. II. Ludovici Bav. Ducis 1204.
    - Otto illuſtris.
      - Ludovicus, Henricus.

Wladiſlaus II. Dux & Rex Bohemiæ † 1125

- Fridericus, Vxor Eliſabeth Geiſæ II. Hungariæ Regis filia.
- Suatoplucus. Vxor Hailca Soror Eliſabethæ
- Primizlaus, ſeu Ottocarus I.
  - Ottocar. II.
    - Ottocar. III. † 1278.

Num. XXXVIII. Super Curia in Pachern.

Noverit tam præſens quam futura Poſteritas, quod eo tempore cum impeteremur ſuper curia in *Pachern* a quodam nomine *Hartmunc* coram DUCE LUDOVICO, talis ſuper hoc lata eſt ſententia, quod ſi ſeptem Militibus, boni teſtimonii, qui eſſent ejusdem probitatis, probaremus prædictam Curiam nos decem annos ſub jure proprietatis poſſediſſe, deinceps eam quoque quiete & libere tenere deberemus. Nos vero præſente *Judice Dieterico de Raypach*, cui præfatus Dux ejusdem cauſæ commiſerat executionem, ſicuti ſententiatum fuerat, produximus Teſtes, quorum Nomina ſunt hæc: *Dietericus Judex de Raypach* (Rotbach) *Ulricus de Chamer, Gelphradus de Hörſenhauſen, Otto de Perchach, Haimricus Geho, Albero de Kolbach, Otto & Syfridus de Waſen, Otto de Uttenhoven, Syfridus de Stainkirchen, Marquardus de Jezendorff, Ulricus de Dachsberg, Conradus de Inzemos, & filius ſuus E. Fridericus de Weyarn, Hermannus de Algotſpach, Syfridus de Holzhauſen, Tanno de Glandorff, & frater ſuus Henricus, Marquardus de Glandorff, Henricus de Weyarn, Henricus Glaner de Weichs*, & alii quam plures.

Num. XXXIX. Littera Donationis Curiæ in Allingen.

OTTO Dei gratia *Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariæ E. de Porta* & Judici filio ipſius ſalutem & omne bonum. Significamus vobis, quod *F. de Stauf* Notarius noſter præſente *H. de Lechſperg* retulit, quod *phy.* bonæ memo-

riæ

riæ quondam miniſterialis noſter Curiam in *Allingen* pro remedio in ultimis teſtamentis Eccleſiæ Underſtarffenſi contulit, & hoc coram prædicto F. per plebanum *de Andorff.* D. & II. Fratres ipſius villæ & alios quosdam probatum fuit, contra juſtitiam detineat, & cui *E. Senior de porta* ejusdem Curiæ te dicis Advocatum; quare tibi mandamus, ut ſi eandem Advocatiam habere debeas de jure ipſo in eadem curia tuearis, ſi autem Advocatia tua non eſt, volumus, ut filius tuus Judex noſter ipſam vice Noſtrum tueatur. Quod ſi forte neuter veſtrum fecerit, ingratitudinem noſtram non modicum incurriſtis.

Num. XL. Littera Donationis patrimonii in Dachsberg. An. 1223.

Ego *Ulricus de Dachsberg* cum manu *Gertrudis Uxoris meæ, & filiæ meæ Ottiliæ* quandam hæreditatis meæ particulam in *Dachsberg* ad octo jugera cum totius mei juris patrimonio quiete poſſidendum ſanctæ Mariæ in *Underſtorff* aſſignavi, tali proinde ductus affectu, ut ſi in moris (lego: mortis) aliquo, quod abſit, caſu hinc rapiar forte vinculo anathematis innodatus, ibidem apud fratres in aliqua provida miſeratione obſerver quoad tempus, ſi tantum levium delictorum obligatione detinear, quod opitulatione jam dictorum Fratrum apud Friſingenſem Epiſcopum eccleſiaſticam obtineam ſepulturam. Si autem forte reſtat laborare pro majoribus exceſſibus ad Sedem Apoſtolicam, non ipſos gravo, ſed parentibus tantum relinquo laborandum. Præterea ab ipſis peto, quod ſi me aliquoties limina ſanctorum viſitare contigerit,

gerit, uxori meæ tempus illud panem exhibeant, & filiæ meæ, quoad pſalterium diſcat, victum ſimiliter præbeant. Acta ſunt hæc ab Incarnatione Dni anno milleſimo Ducenteſimo vigeſimo tertio in paſcatis feria ſecunda coram publica ara præſente *Præpoſito Hainrico* & Conventu, hæc rata eſſe a ſtipulatione etiam prælentium honeſtorum virorum *Ortœffus & frater ſuus Haînricus de Schönbrunn, Domino de Glandorf, Reimbot Garbeſſer, Vilſare de Schönbrun, Berchtold Stadlere, Werenher Piſtor, Rupertus Carpentarius, Ulricus Carpentarius, Dietricus nidate, Heinrich de Peſenbach, Wibel, Menhart* Servus Præpoſiti. *Freſo. Bruno. Conrad Murator. Berchtold Piſcator, Fridericus de Schönbrunn, Ulſchalck de Reſenbach, Rempertus Cocus, Wernher Caupo.*

Num. XLI. Donatio Juris Patronatus in Adelwartsried alias Ellenried. An. 1246.

Notum ſit omnibus Chriſti Fidelibus, quod ego *Arnoldus de Sandigencelle* (Sandizell) *& Uxor mea Perchta* (Bertha) Jus Patronatus Advocatiam ſuper Eccleſiam in *Adelwartsried*, & in omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus tradidimus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* conſentientibus duobus filiis Fratris mei *Rudegeri*, voluntati meæ obedientes, quidquid juris in eadem Eccleſia poſt obitum meum & Uxoris meæ haberent, voluntarie Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Underſtarff ad remedium omnium Parentum noſtrorum contulerunt. Hujus rei Teſtes ſunt. Is. *Ar. Heinpptus Juniores in Sandigencelle, Hein. Lubelin, Heinrich Zollnar & filius*

lius ſuus Heinricus, *Ramungus Miles in Herzhauſen*, *Hermannus* villicus ibidem, *Rudolphus Hübarius*, *Heinricus Schilcher*, *Cön* (Chuno) *Murator*, *Walchung*, *Cön de Schwaph*. anno Domini ab Incarnatione Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto.

Num. XLII. Littera ſcripta ex antiquo libro Traditionum Collegii ſuper Curia Lintha. An. 1247.

Notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod *Conradus Miles de Eyſenhoven* cum conſenſu *filiorum ſuorum Henrici*, *Conradi*, *Ottonis*, *Rapotonis* tradidit Curiam *Lintha* jure proprietatis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Undineſtorff* ad remedium *Uxoris ſuæ Agnetis*, & ut hoc factum verum credatur, teſtimonium virorum idoneorum in ſcripto annotavimus, quorum nomina ſunt hæc, ipſe Conradus & filii ſui, *Conradus Miles & frater ſuus in Arnbach*, *Conradus de Chamer*, *Heinricus de Algoſpach*, *Lutherus Miles & filius ſuus*, Domeſtici *Henricus de Laubelin*, *Henricus Morntilin*, *Conradus Murator*, *Albus de Werde*, *Percht* ibidem, *Henricus Huſerare*, *Walkinus* & alii quam plures. Acta ſunt hæc ab incarnatione Domini MCCXXXXVII.

Num. XLIII. Curia in Rettenſteten. An. 1247.

Sciant omnes tam præſentes quam futuri, quod Ego *Volcholdus de Gallenbach*, cum adhuc longe ſpem vitæ incolumis laborarem, cogitans, quid agerem de ſalute animæ meæ, adii Eccleſiam *Underſtorff*, & tradidi Curiam in *Reittenſteten* in jus proprietatis ſuper altare ſanctæ Mariæ pro

ſalute animæ meæ per manum *Ludovici* quondam *Militis de Tiſenhoven* (puto: Yſenhoven) qui ejusdem prædii fuit legitimus Delegator, ut poſt obitum meum in uſus fratrum ibidem Deo ſervientibus cedat audientibus & videntibus pluribus, & pars ſanior de Congregatione & familia ejusdem Eccleſiæ, quorum nomina ſunt hæc: *Wernherus Præpoſitus*, *Hartmannus Præpoſitus* (forte Hartmundus) *de Spihartingen* (lege: Beyharting) *Chunradus cuſtos* & cæteri de Conventu & familia, *Hajnricus Laubelin*, *Hainricus Zolnar*, & filii ſui duo, *Chuno Murarer* & filius ſuus, *Hainricus Mantellin*, *Ludowicus ejusdem prædii Delegator* & filius ſuus *Ulricus* & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini ab Incarnatione Milleſimo ducenteſimmo quadrageſimo ſexto. Poſtea cum laborarem in extremis veniens ad me Præpoſitus Vir jam ſæpe dictæ Eccleſiæ, & mea petitione vocatus recordatus priſtinæ traditionis de curia in *Reittenſtetten*, quam multo tempore contuleram Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* pro ſalute animæ meæ per manum Delegatoris legitimi *Ludovici* quondam *Militis de Tiſenhoven*, hanc traditionem certavi (certificavi) & renovavi per manum Delegatoris legitimi *Ludovici* jam ſæpedicti, quæ traditio facta eſt prælente *Henrico Abbate de Scheyren* & aliorum idoneorum virorum, quorum teſtimonio hoc factum roboravi, quorum nomina ſunt hæc: Idem *Heuricus Abbas de Scheyren*, *Rudolphus Canonicus ſancti Andreæ Friſingenſis*, *Gotfridus Canonicus ſancti Mauritii*, *Chuno de Gebenhoven* & filii ſui, *Ulricus Delegator prædii de Yſenhoven*, *Otto Datarius de Nullen* (vulgo Meüll) *Ulricus & Rü* (Rudolph, vel Rüdiger)

Vil-

Villici ibidem, *Ulricus Miles de Griesbach* & filii ſui, Domeſtici de Clauſtro *Henricus Huſenrorer*, *Wolchunus*, *Chün albus* & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini ab Incarnatione Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo.

Num. XLIV. Littera Donationis Hubæ in Othmarshart. An. 1250.

Notum ſit univerſis in Xto fidelibus, qui præſentem litteram viſuri ſunt, quod Dnus *Conradus Plebanus in Walde Frater Militum in Münnenbach* Hubam in *Othmarshart* decem talentis in numerum obligatam de manu Poſſeſſoris propria pecunia redemit, & Eccleſiæ Undenſi pro oblatione donavit, ut eſſet animæ ſuæ remedium ſempiternum, talem conditionem appoſuit, ut de proventibus ejusdem Hubæ Conventus jam dictæ Eccleſiæ talem accipiat benedictionem in omni Quadrageſima, ita ut Frater unum alec (Halecem Häring) habeat, duæ Siores, id eſt, nuces pro competenti numero. Idem Plebanus eidem contulit Eccleſiæ quatuor tal. (lego talenta) ut in die ſepulturæ ſuæ turbæ, quæ affluxerunt, per adminiſtrationem inde facientur, item quinque talenta tradidit ſuper manſu uno in *Schillenhoven*, ut ſingulis annis, quamdiu vivit, Conventus inde habeat convivium in die ſancti Georii, poſt obitum vero ipſius in die Anniverſarii ſui idem dabitur convivium, & cantabuntur ſolemnes vigiliæ & cætera defunctorum officia tanquam in obitu Sacerdotis, qui Confrater fuerat. Facta ſunt hæc anno Dnicæ Incarnationis MCCL.

Num. XLV. Littera Concambii ſuper proprietate prædii in Colenried. An. 1255.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen Nos *Agneſa* Dei gratia humilis *in Kübach Abbatiſſa* totusque eiusdem loci Conventus univerſis præſens ſcriptum intuentibus ſalutem ac orationes in Dno Jeſu, contra molem peſtiferæ fragilitatis & oblivionis humanæ rerum actus temporalium, ne Succeſſoribus noſtris dubium poſſit generari præſens ſcriptum frequenter ſtuduimus conſervare. Hinc eſt, quod univerſis & ſingulis conſtare volumus, quod nos *Agneſa* de conſenſu & conſilio inito Dominarum noſtrarum proprietatem prædii noſtri ſitum *Colenried* pro concambio tradidimus Eccleſiæ *Underſtarff* pro prædio ſito *Arisiſried*, quod videlicet prædium *Colenried* Dominus *Otto dictus de Minnenbach* credens ſibi prædium *Arensried* magis utilius & vicinius obtinuerunt apud venerabilem Præpoſitum *Ulricum* & Conventum Eccleſiæ Underſtarff & apud Nos & conventum Eccleſiæ noſtræ late fieri concambium, quibus peractis ſæpe dictus *Otto* prædium *Colenried* nobis & Eccleſiæ noſtræ reſignavit, ſtatimque Nos Agneſa una cum conſenſu noſtri conventus idem prædium *Colenried* omni jure proprietatis cum quæſitis & inquiſitis Eccleſiæ *Underſtarff* ſuper altare ſanctæ Mariæ tradidimus, & e contrario eodem jure diconis prædium *Arnſried* nobis & Eccleſiæ noſtræ tradiderunt, & ne aliquis exactiones malas ſibi volens uſurpare præſentem litteram ſcribi juſſimus & Sigillorum noſtrorum munimine in teſtimonium roborari. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo du-

ducenteſimo quinquageſimo quinto. ſeptimo idus Julii. Hujus rei teſtes ſunt Dominus *Ulricus Præpoſitus Undenſis*, *Gotfridus Decanus*, Dnus *Conradus de Algoſpach*, Dominus *Otto*, D. *Sifridus*, D. *Marquardus*, D. *Rupertus*, D. *Conradus de Glan*, D. *Conradus Cuſtos*, D. *Liebhardus* Sacerdotes, Frater *Lupoldus*, Frater *Ulricus*, Dnus *Otto de Minnenbach* Miles, *Conradus Præpoſitus in Kübach*, Domina *Agneſia Abbatiſſa*, Dna *Alhaidis Celleraria*, Dna *Menta de Perinbach*, Dna *Agnes de Tanneiren*, Dna *Machtildis de Achach*, Dna *Mechtildis de Züllenhart*, Dna *Ottilia*, Dna *Berchta de Ratisbona*, Dna *Juta de Tanneiren*, Dna *Mechtildis de Grüt*, Dna *Lucardis de Schnaipach*, Dna *Agnæſa de Achtorff*, *Gotſchalc Cocus*. *Mergolt Cocus*. *Fridrich Piſtor*, *Reinhart*, *Hainrich Huſireur*, *Conradus Gutäir*, *Ulricus Albus*, Frater ſuus, Cammerarius & cæteri quam plures, quos præſens littera in ſe non continet.

Num. XLVI. Pro Curia Illichdarff pro Prædio Priell, & Prato ibidem. An. 1266.

Expedit, ut modernorum operum geſta Litterarum notulis commendentur, ne humanæ fragilitatis corruptio in poſterum ſeu per oblivionis periculum aut per calumniam iniquitatis (antiquitatis) ipſa valeat infirmare. Proinde Ego *Hajricus Miles* humilis dictus *de Iſoltsried* ad notitiam tam futurorum, quam præſentium præſentis litteræ Inſpectoribus deſiderans appeto pervenire, quod ex inſpiratione una cum aſſenſu bonorum, favore Uxoris meæ dictæ *Gut* (Gutta) nec non *filii mei Hajrici* prædium meum ſitum in *Ilchdorff*

ſuis

ſuis cum Accidentiis in omnibus inquiſitis ac inquirendis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Undiſtorff* in remedium meæ, filii & uxoris, ſimulque noſtrorum Progenitorum animarum juſte, ac rationabiliter adjecta conditionis hac forma contuli pleno jure, videlicet ut annuatim de ejusdem prædii jure advocali, quod me meosque Hæredes reſpicere dinoſcitur, Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ, ſuusque Conventus unum modium totum avenæ, cujus menſura ſint quatuor metretæ Undiſtorffenſium circa feſtum beati Martini mihi vel meis hæredibus ſuper prædio longe dicto porrigant ſecundum gratiam & amorem. Sciendum ſit etiam, quod ego præfatus de *Iſoltsried* una cum filio & uxore ſepulturam apud *Underſtorff* devota animi mei intentione nobis elegimus habitandam (habendam) niſi noſtræ temporalis vitæ inſtinctio religionis ſpiritualis in ordinem fuerit tranſmutata. Si autem extra conterminos horum confiniium decederimus (deceſſerimus) vel in excommunicatione morimur, quæ auctoritate Epiſcopi Friſingenſis poterit aboleri ſine damno Eccleſiæ prælibatæ, labore cum Præpoſiti cadavera noſtra mortua ad Eccleſiam Undenſtorff cum ſi ſine occupatione montium & aquarum provehi poterunt, transportari finaliter tenebuntur, & etiam excommunicatio, ſi qua fuerimus oppreſſi forma ſimili ut prædixi, tenetur per Præpoſitum & ſuum Conventum apud Diœceſanum friſingenſem non amplius facultatis modulo ſuppetente, relevari. Item notandum, quod lis, quæ verſabatur inter me & Dominum *Ulricum* venerabilem *Præpoſitum*, ſuum pariter & Conventum Eccleſiæ *Undiſtorffenſis* ſuper quodam prato & prædio ſito in *Priell* finaliter eſt ſedata compo-

poſitionis & ſeditionis (lege ſedationis) forma inferius annotata, ſcilicet ut memoratus Præpoſitus, ſuus etiam & Conventus mihi meoque filio nec non noſtris Hæredibus ex legitimo Toro deſcendentibus jam bona dicta contulerunt, ita quod pro memoriali ac cenſu bonorum præfatorum ipſi Eccleſiæ Undiſtorffenſi annis ſingulis in feſto beati Martini unam libram ceræ legalis de bonis ſæpe dictis ego vel mei Hæredes poſteri omni occaſione poſtpoſita perſolventes tenemur finaliter erogare, ſi vero Ego filiusque meus noſtri pariter & Hæredes ſuccedentes, qui a linea legitima fuerint procreati, deceſſerunt ſine Hæredibus, ad Eccleſiam Undiſtorffenſem ſæpe dicta bona ſine contradictionis obſtaculo plenius revertuntur, & ut hæc talis donatio præſcripta ſive compoſitio robur debitum obtineant firmitatis, hanc præſentem paginam ſub ſigilli mei munimine duxi diligentius conſcribendam, teſtibusque cum ſubſcriptis pariter roborandam, Teſtes hi ſunt *Sifridus*, *Marguardus*, *Liebhardus*, *Fridericus* Sacerdotes, *Hajnricus* Diaconus Canonici Undiſtorffenſes, Nobiles vero Dominus *Arnoldus de Tannern*, Dominus *Sifridus de Umbach* Milites. de familia *Hajnricus Notarius Hajnricus Hiſerer Chunrad Güder*, *Chunradus Krazer*, *Chunradus Glaner*, *Ulricus Albus*, *Sifridus Cœcus*, *Dietericus Berchtoldus Perchtenhaimer Pohtian*, *Hajnrich Cancelarius*, *Hajnrich Rörenmoſer*, *Hajnrich Perg*, *Chunradus Sartor*, *Hajnricus de Urpach* Servus Domini de *Tannœra*. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto XIV. Kalend. Januarij

Num. XLVII. Pro quadam Huba in Glan, & Hechenried. An. 1266.

Contra oblivionis periculum unicum eſt remedium Geſta Modernorum litterarum apicibus, ſubſcriptis Teſtibus, ac Sigillorum charactere roborari. Noverint igitur Univerſi præſentes, ac Poſteri, præſentem pagellam inſpecturi, quod, cum venerabilis *Ulricus* Præpoſitus, & Capitulum Eccleſiæ ſuæ in *Undenſtorff* ex una parte, Ego *Otto de Weichs*, Hæredesque mei ex altera parte, lite inter Nos ſuborta pro tempore contenderimus ſuper jure Proprietatis cujusdam Hubæ in *Glamerdorff* ſitæ, quia prædicti Præpoſitus, & Capitulum ſuum ex teſtamento *Chunradi de Weichs Fratris mei* de ergaſtulo hujus vitæ Domino evocante, proch dolor! ſublato ad ipſos, Eccleſiamque ſuam mero jure Proprietatis eſſe devolutam firmiter aſſerebant, ego vero verſa vice eâdem hubâ gaudere me debere Jure hæreditario profitebar, ſtudens ſummopere, infirmato Jure Eccleſiæ Jus meum pro viribus confovere. Porro inter Nos hujusmodi altercationis ſcrupulo diutius emergente, placuit alternatim ſubortam inter Nos diſcordiam prudentum virorum committere arbitrio decidendam; cupiens itaque Ego *Otto* animæ meæ ſaluti conſulere, & conſcientiam meam læſam ac remordentem in melius commutare, præveniens formam arbitrii voti exhibitione de conſenſu & bona voluntate filii mei, cæterorumque Hæredum meorum, ob remedium animæ meæ, ac etiam in recompenſationem Hubæ in *Glanerdorff* ſubnotatæ tradidi beatæ Mariæ in *Undenſtorff* libero, & ab omni prorſus Jure ac Titulo Advocatiæ abſolutum Prædium meum in *Höchenried* in

uſus

uſus Fratrum inibi Deo militantium perpetuo ſerviendi, tali tamen conditione ſubnexa, quod venerabilis *Ulricus Præpoſitus* & Capitulum Eccleſiæ ſuæ ſupradicti omni iure, quo hactenus gaudere videbantur ex delegatione, ſive teſtamento quodam *Chunradi Fratris mei* piæ memoriæ in ſæpe dicta Huba *Glanerdorff*, omnimodis renuntiarunt, Ego vero *Otto* cum filio meo prælibato Eccleſiæ memoratæ ſuper proprietate cujusdam prædii *Höchenried* abdicationis præſtitimus plenariam, ac debitam cautionem. Huius rei Teſtes ſunt *Sifridus*, *Marquardus*, *Fridericus*, *Hajnricus Sacerdotes* & Canonici Undenſtorffenſis Eccleſiæ, *Hajnricus* Diaconus ejusdem Eccleſiæ, *Chunradus Plebanus de Weichs*, *Rudolphus Plebanus in Glanerdorff*, *Albertus Plebanus de Hebrantsdorff*; Nobiles vero *Gottfridus de Pachern*, *Hajnricus de Rötpach*, *& Frater ejus Ulricus*, *Hajnricus de Wolffſtorff*, *Eberhardus dictus Greys*, *Gotfridus de Ampperpetenbach*, *Gotfridus de Glan-Pettenbach*, *Hajnricus Grimo de Weyarn*, Weicker, Gotfrid, Ulrich, Chunrad Servi Domini *Ottonis de Weichs*, *Purckard Binchſel*, de familia Eccleſiæ, *Hajnrich Hauſfräer*, *Chunrad Gänder*, *Chunrad Crazer*, *Chunrad Glaner*, *Chunrad Alſus*, *Chunrad Amman*, *Chunrad Werder*, *Chunrad Geolwici*, *Wicker de Furt*, *Fridrich*, *Poppo*, *Hajnrich*, & alii quam plures Fideles Cpi. Ne igitur hujusmodi noſter contractus ab aliquo in poſterum Calumpniam patiatur, præſentem paginulam ſuper ipſo conſcriptam Sigilli noſtri munimine duximus roborare. Acta ſunt hæc apud *Undenſtorff* anno Domini M. CC. LXVI. IV. Nonas Junii.

Num. XLVIII. Littera Donationis Curiæ in Perchach. An. 1267.

Nos HENRICUS Dei gratia *Palatinus Comes Rheni Dux Bavariæ* tenore præſentium declaramus, quod nos ratam & firmam tenere volumus commutationem, quam fecit noſtro nomine fidelis noſter *H. de Rorbach* cum venerabili Præpoſito in *Underſtorff*, ſcilicet quod nos damus prædicto Præpoſito & eidem Eccleſiæ Curiam noſtram in *Perchach* ipſi Eccleſiæ in Underſtorff perpetuo remanſuram, & in commutationem recipimus ab ipſo Præpoſito & Eccleſia quamdam Curiam ſitam in *Horde*. In cujus rei teſtimonium, & perpetuam firmitatem præſentes litteras ſibi dari fecimus noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum in *Landshuet* anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo pridie Nonas Junij.

Num. XLIX. Littera Donationis, potius Cambii prædiorum in Alſterzagl. An. 1268.

In nomine Domini amen. Labitur exiguo, fallitque volubilis ætas. Neceſſarium duximus, ut ea quæ poſteris relinqui volumus ſcripturarum teſtimonio roborentur. Noverint igitur univerſi præſentem paginam inſpecturi, Quod Nos *Conradus* Dei gratia totusque Conventus *Eccleſiæ Rottenſis* bona inter nos deliberatione habita prædia noſtra ſive Hubas in *Alſterzagl* ſitas, exceptis decimis, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Underſtarff* ex communi conſenſu noſtro omni jure, quo nos poſſedimus, contulimus proprietatis titulo poſſidendas. *Ulricus* Dei gratia totusque Conventus in *Underſtorff*

no-

nobis in compenſationem prædiorum noſtrorum curiam ipſorum in villa, quæ dicitur *Rot* cum omnibus ſuis attinentiis quæſitis & inquirendis commutantes eodem jure, quo ipſis prædia noſtra tradidimus, viciſſitudine debita ad noſtram Eccleſiam contulerunt, In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum conſcribi fecimus noſtri Conventus Sigilli munimine roboratum. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo octavo indictione decima IV. Kal. Martii.

Num. L. Littera Donationis Certorum Bonorum, videlicet Curiæ dictæ bey der Kürchen in Pettenbach &c. An. 1271.

Nos HAINRICUS *Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bavariæ* notum fieri volumus Univerſis præſentia inſpecturis, quod cum *Godfridus de Petenbach* omnia Feuda, quæ a nobis dinoſcitur tenuiſſe, ad manus noſtras libere reſignaret, Nos in remedium & ſalutem animæ noſtræ & chariſſimæ Conſortis noſtræ, & Liberorum noſtrorum ea ſingula & univerſa videlicet Curiam dictam *Bey Der Kierchen*, item Huebam, quæ dicitur *Die Verbrunnen Hueb*, item duas Hubas dictas *in Palude*, Item Hubam *Locharii;* Item *Hubam Ranshoms*: item *Hubam Henrici* dictam *An Dem Anger*: item tres Hubas *in Ride* (intellige: in Stangenried) Item Decimam, & Advocatiam ſuper Dotem in *Pettenbach*, & Curiam *Wiltmos* cum omnibus attinentiis Bonis, & Hominibus, Pratis, Sylvis, Paſcuis, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis ad petitionem & inſtantiam prædicti *Godfridi*

donavimus Ecclesiæ sanctæ Mariæ in *Understarff* Diœcesis Frisingensis omni jure perpetuo libere possidenda, reservato nobis Jure Advocatiæ in eisdem Bonis, & in illis adhuc proprietatibus, quas prædictus *Godfridus* tradidit Ecclesiæ supradictæ. In cujus rei Testimonium præsentes Litteras eidem Ecclesiæ dedimus nostri Sigilli munimine roboratas. Actum in *Straubing* anno Domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo primo sexto Nonas Martij.

Num. LI. Littera Confirmationis Dictorum bonorum. An. 1271.

LUDOVICUS Dei gratia *Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ.* Quia diuturnitas temporis oblivionem ingerit rebus gestis, ne facta Hominum dubietate, & varietate aligua infirmentur, expedit ea scripturæ testimonio adjuvari. Tenore siquidem præsentium notum facimus universis tam præsentibus quam futuris, quod *Gotfridus de Pettenbach* de consensu & voluntate *Joannis Filii sui* universa bona sua videlicet Curiam *in Pettenbach* juxta Ecclesiam, *Hubam ante portam*, Hubam dictam *die verbrunnen Hueb*, *Hubam an dem Anger*, *Hubam Rischoms*, Hubam dictam *Mos Huebe*, Hubam *Applini apud Oberhaim*, Curiam ibidem, Hubam *Chunzling*: item Jus Advocatiæ Dotis *in Pettenbach*, item majoris & minoris Decimæ duas partes per totam villam, item in villa *Fürstangried* tres Hubas, & Curiam in *Wiltmose* cum omnibus Hominibus suis, sive a nobis & *charissimo fratre nostro HAINRICO Palatino Comite Rheni Duce Bavariæ* eadem bona feudali, vel proprietatis titulo possi-

deret,

deret, Eccleſiæ in *Underſtorff* per manum noſtram cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet Agris, Pratis, Paſcuis, Sylvis cultis & incultis, quæſitis & inguirendis tradidit & donavit pleno jure proprietatis perpetuo poſſidenda. Nos etiam ob reverentiam glorioſæ virginis Mariæ feudis, quæ idem *Gotfridus* a nobis tenuit, præciſe renuntiantes, ſuam Donationem præſentibus confirmamus. In cuius rei teſtimonium præſentem paginam dedimus Sigilli noſtri munimine roboratam. Actum & Datum *Monaci* anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo primo Idus Martij.

Num. LII. Litteræ Ratificationis Donationis Decimæ in Villa Pettenbach. An. 1272.

Nos CHUNRADUS Dei gratia *Friſingenſis Epiſcopus* univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes pervenerint, volumus eſſe notum, quod cum perdilectus *) *Conſanguineus*

*) Non modo HENRICUS inferioris Bav. Dux, LUDOVICI frater, ſed etiam OTTOCARUS Bohemiæ Rex, *conſanguinei* titulo Epiſcopum iſtum ſalutant apud MEICHELBECK *Hiſtor. friſing. Tom. II. P. I. pag.* 52. *& P. II. N. XCVII.* 1. p. 60. Friſingenſes hunc CONRADUM genus e comitibus Sylveſtribus traxiſſe tradunt. Occurrunt quoque circa An. 1254. duo ſylveſtres comites, *Emicho*, & *Conradus*, qui poterat Epiſcopi hujus Parens fuiſſe. *German. princeps de domo boica pag.* 829. Si vera narrat ALBERICUS *trium fontium in Chron. P. II. ad An.* 1141. OTTONEM *junioremWitelsbachium* præter filium OTTONEM, qui PHILIPPUM Regem occidit, etiam filiam genuiſſe, *Comiti* cuidam *Sylveſtri* nuptam; inde conſanguinitatis hujus origo peti poſſet. Sed iſta uberius inveſtigare, jam non vacat. *Vid. German. princeps. pag* 587.

neus noſter Dominus LUDOVICUS *Illuſtris Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ* quandam Decimam, quam in villa *Pettenbach* a nobis poſſederat titulo feudali pro ſalutis ſuæ remedio Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Underſtarff*, & ad uſus Canonicorum ibidem Deo famulantium nobis ad hoc conſentientibus tradidiſſet, Nos de Capituli noſtri conſenſu eandem donationem, ſeu traditionem legitime factam, ratam, & gratam habere decrevimus, & præſentis ſcripti patrocinio duximus confirmandam. In cujus confirmationis noſtræ robur, & perenne teſtimonium Cedulam præſentem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Underſtarf conſcribi juſſimus, & noſtri, & Capituli Friſingenſis Sigillorum munimine roborari. Datum *Friſingæ* anno Domini Milleſimo Ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Quarto Idus Maij.

Num. LIII. Littera Donationis Molendini in Englbrechtsmüll. An. 1273.

Noverint univerſi & ſinguli præſentium Inſpectores, quod ego *Leutoldus dictus Pincerna ex Augea* ob animæ meæ & Anteceſſorum meorum ſalutem proprietatem Molendini ſiti in *Englbrechtsmil* me jure vere proprietario reſpicientem cujus inquam Molendini poſſeſſionem Homines Underſtorfenſis Eccleſiæ a me in feudo habuerunt, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in *Underſtorf* jam dictæ tradidi libere & pacifice perpetuo poſſidendam ſub hac forma, ut prædictæ Eccleſiae Canonici, & Confratres me participem ſuorum beneficiorum & elemoſinarum omnium conſtituant, & in ſuis libris memorialibus me una cum meis anteceſſoribus videlicet Patre & Matre

tre inſcribi fideliter procurent, cuius inquam traditionis ſive donationis per decem annorum ſpatium & amplius, quantum ad jus proprietarium ejusdem Eccleſiæ Undenſtorfenſis legitimum conſtituo me auctorem. Ut autem hæc illæſa permaneant, præſentes mei ſigilli munimine volui roborari, cum ſubſcriptione teſtium. Hujus rei Teſtes ſunt Dominus *Ulricus* honorabilis *Præpoſitus Undenſtorfenſis*, Dominus *Seyfridus*, Dominus *Marquardus*, Dominus *Conradus Laublin*, Dnus *H. de Baſbach*, Dnus H. *Advocatus* Sacerdotes, *P. de Hauſen* Canonici Undenſes, *D. Philippus de Paſenbach*, Dnus *Eberhardus de Pugenhauſen*, *Schreto Perchtoldus de Roſbach* præſentium compilator de familia Eccleſiæ *Gebhardus Th.* Miles. Item *Petrus de Umbach*, *de Eyſenhoven*, *Gotefridus de Petenbach* & alii quam plures idonei & fide digni. Acta ſunt hæc anno Dni milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio Indictione prima. XVIII. Kal. Octobris in Choro Undenſtorfenſi ante ſummum altare.

Num. LIV. Confirmatio Epiſcopi Auguſtenſis ſuper Eccleſia in Herrishauſen. An. 1283.

HARTMANNUS Dei gratia Eccleſiæ *Auguſtenſis Epiſcopus* Univerſis præſentium Inſpectoribus ſalutem in Chriſto Jeſu. Cum illuſtris vir LUDOWICUS *Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ* Eccleſiam in *Herrishauſen*, in qua ipſum Jus reſpicit Patronatus, & ejus præſentatio ad eum ſpectat, Progenitorum ſuorum & ſuæ ſaluti feliciter intendens Monaſterio in *Underſtarff* Friſingenſis Diœceſis ad oblagium Confratrum, ibidem commorantium donarit, & liberaliter

delegarit, notum esse volumus universis, quod hujusmodi donationem præfato Monasterio in Understarff pie in Domino factam, Nos in nomine Domini confirmamus, dantes prædictis Fratribus ibidem commorantibus antedictam Ecclesiam *Herrishausen* tam in spiritualibus, quam in temporalibus regendam perpetuum, & utendam, ita tamen, quod ad eandem Ecclesiam sacerdotem idoneum nobis repræsentent, qui Nobis, & Successoribus nostris Archidiacono, & Decano loci in Juribus debitis, & consuetis valeat respondere. In cujus evidens Testimonium præsentes dedimus Sigillo nostro fideliter communitas. Datum *Augustæ* anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo tertio quinto idus Maij.

Num. LV. Donatio Juris Patronatus Ecclesiæ in Herrishausen ipsi Monasterio facta per Ludovicum Comitem Palatinum Rheni. An. 1283.

Nos LUDEWICUS Dei gratia *Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ* notum facimus præsentium Inspectoribus universis, quod pro animæ nostræ & Progenitorum nostrorum animarum remedio, & remissione peccatorum nostrorum Ecclesiam in *Herrishausen*, in qua nos jus respicit Patronatus, & cujus præsentatio ad Nos spectat, cum omnibus Juribus & pertinentiis ad Nos pértinentibus Monasterio in *Understarff* ad oblagia Confratrum ibidem donamus libere, & liberaliter delegamus. Et ne hujus nostræ Donationis gratia in irritum poterit imposterum revocari, damus præsentes Litteras nostri Sigilli munimine roboratas. Datum *Monaci* anno Domini Millesimo ducentesimo octogesimo (lege octuagesimo) tertio Nonis Maij.

Num.

Num. LVI. Littera emptionis Haimperſtorff. An. 1302.

In nomine Domini Amen. Nos BERCHTOLDUS dei gratia *Comes de Graifspach* profitemur & conſtare volumus præſentium Inſpectoribus univerſis, quod vendidimus & tradidimus honoratis Perſonis Dno *Wolfelino Præpoſito S. Joannis in Holz*, totique Conventui, ejusdem Eccleſiæ, nec non *Udalrico dicto de Ehing*, & ſuis Hæredibus, curiam noſtram nobis proprietatis titulo pertinentem in *Haimbreſtorff* ſitam, quam colit *Berchtoldus* dictus *Pachmayr* cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcilicet agris, pratis, ſylvis, aquis, paſcuis, quæſitis & inquiſitis ſeu etiam impoſterum inquirendis ſuper Altare S. Joannis Baptiſtæ in *Monaſterio dicto Holz* libere reſignatam, tenendam, poſſidendam proprietatis titulo perpetui, & habendam pacifice & quiete obligantes nos eisdem perſonis ad evictionem ejusdem Curiæ ſecundum terræ, in qua ſita eſt ipſa curia, conſuetudinem generalem, conſtituimus nihilominus eisdem ſuper hoc per nos finaliter exequendo fideiuſſores ſubnotatos videlicet *Hœrcnidum de Holzhaim*, *Albertum*, *& Waltherum dictos Waller*, fideles noſtros dilectos, quorum unus admonitus, ſi non evicerimus dictam Curiam vel ab actionibus, ſi quæ ſuper ipſa curia dictis perſonis movebuntur, reddiderimus abſolutam, apud *Werdeam* expenſas obſtagii ſubintrabit, qui dum ſteterit uno menſe, ſi non adimplevimus, quæ promiſimus eidem, interim unus de præmiſſis fidejuſſoribus adjungetur, quibus duobus menſibus in obſtagio perſeverantibus ſi prænominatam curiam ab impetitione cujuslibet ſecundum terræ

illius communem juſtitiam non reddidimus abſolutam, Tertius fidejuſſor admonitus prædictis fidejuſſoribus adjungetur, omnesque tres obſtagium tamdiu obſervabunt, ſine prædictarum perſonarum licentia nullatenus receſſuri, donec ſæpe dictam Curiam eſſecerimus ab omnibus actionibus ſecundem terræ illius juſtitiam & conſuetudinem liberam & ſolutam. In cujus rei teſtimonium ſæpefatis perſonis præſentes litteras dedimus noſtri ſigilli robore communitas. Teſtes ſunt *Hainricus Notarius noſter de Lechsgemunde*, *Conradus dictus Göſe*, *Marquardus dictus de Holzhaim*, *Udalricus de Holzhaim Junior*, *Milites Wilhelmus de Ganshaim*, *Rudegerus & Udalricus dicti Beizzer*, *Udalricus dictus Plickner*, *Hein. Sifridus Miniſter de Werde*, *Hainricus de Lauingen in foro*, *Henricus & Conradus Azenhaimer cives ibidem*, & alii fide digni. Datum anno Dni MCCCII. in craſtino Annuntiationis Virginis Glorioſæ.

Num. LVII. Littera Donationis Curiæ in Pürtlbach. An. 1312.

Nos GOTFRIDUS Dei gratia *Epiſcopus* Eccleſiæ *Friſingenſis* tenore præſentium recognoſcimus publice profitentes, quod ab hæredibus ſtrenui Militis quondam *Ottonis de Eyſenhoven* curiam in *Pürtlhoven*, quam a nobis in feudum tenuerunt, ſub forma reſignationis libere acceptantes ejus proprietatem cum pertinentiis quibuslibet juxta legatum prædicti Domini *Ottonis de Eyſenhoven* Eccleſiæ in *Underſtarf* tradidimus perpetuo poſſidendam, & pro recompenſa hujusmodi permiſſionis & traditionis ipſi Hæredes curiam

riam ſuam in *Vogelemsried*, quæ eorum proprietas prius erat, ad manus noſtras reſignantes eam a nobis in feudum receperunt. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum præſentibus duximus appendendum. Datum *Friſingæ* anno Dni MCCCXII. feria quarta ante Dominicam Lætare.

Num. LVIII. Donatio, ſive Incorporatio Eccleſiæ Parochialis in Seybolſtorff per Epiſcopum & Capitulum Auguſtenſe facta. 1386.

In nomine Domini amen. BURCKARDUS Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia *Epiſcopus Eccleſiæ Auguſtenſis* Univerſis & ſingulis, qui ſua crediderint intereſſe, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum ſalutem, & ſinceram in Domino Charitatem. Convenientibus Nobis in unum una cum honoratis Confratribus noſtris Dominis *Ottone de Süntheim Præpoſito*, *Ulrico Burggravio Decano*, totoque Capitulo Eccleſiæ noſtræ *Auguſtenſis* ſuper hoc more ſolito cum præfixione tamen ſolemniter convocatis, diligenti deliberatione prælabita, conſideratis omnibus negotiorum circumſtantiis, adhibitis etiam in hoc omnibus & ſingulis ſolemnitatibus, quæ etiam in talibus requiruntur tam de conſuetudine, quam de jure, comparentibus coram Nobis honoratis in Chriſto Dominis *Ulrico Præpoſito* Monaſterii beatæ Mariæ Virginis in *Underſtarff* Canonicorum Regularium Friſingenſis Diœceſis, nec non Procuratoribus & Nuntiis ad hoc ſpecialiter deputatis ſupplicantibus Nobis ex neceſſitate ſanctæ plantationis ejusdem nobis exponentibus ſuper infra ſcriptis, communiter & unanimiter nullo penitus diſcrepante ſeu contra-

tradicente convenimus in hoc, quod ob religionis obſervantiam, quæ floret ibidem, & propter pietatem Hoſpitalitatis, & Eleemoſinarum largitionem, quæ cunctis transeuntibus ibidem petentibus communiter impenduntur, & etiam ut divini nominis cultus augeatur in ſpiritualibus, quæ ſine temporalibus non ſubſiſtunt, Eccleſiam parochialem beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum in *Syboldsdorff* noſtræ Auguſtenſis Diœceſis cum omnibus ſuis pertinentiis, reditibus, & obventionibus, ad eandem Eccleſiam pertinentibus, cujus Jus Patronatus, ſeu præſentandi eidem Præpoſito Monaſterii prænominati proprietatis titulo pleno jure dignoſcitur pertinere, Menſæ ejusdem Præpoſiti, ac ſuorum ſucceſſorum univimus, incorporavimus, unimus, annectimus, tradimus, donamus, & effectualiter incorporamus per præſentes, valentes etiam, & realiter diffinientes, quod præfatus Præpoſitus omnibus fructibus, reditibus, & obventionibus prædictæ Eccleſiæ in *Syboltsdorff*, quocunque nomine cenſeantur, auctoritate propria fruatur, & ipſos pacifice poſſideat, ac de eis diſponat pro ſuæ libito voluntatis jure oblegii, ſeu portione Conventualium de fructibus, & reditibus dictæ Eccleſiæ in *Syboltsdorff* futuris temporibus colligendis, prout ad eos ſpectat, ſemper ſalvis. Etiam volumus, & præſentibus diffinimus, quod Rectore, qui pro nunc dictam Eccleſiam poſſidet, cedente, vel decedente, quod ex tunc memoratus Præpoſitus, ac ſui Succeſſores dictam Eccleſiam in *Syboltsdorff* per ſe, ſuos Conventuales, aut alium idoneum ſacerdotem poſſint, & valeant inofficiare, ſic tamen, quod eisdem inofficiantibus cura animarum plebis ejusdem a nobis & Succeſſoribus no-

ſtris.

ſtris legitime committatur, reſervata etiam de ipſius Eccleſiæ proventibus congrua portione, ex qua dictus inofficiatus valeat jura Epiſcopalia ſolvere, & alia etiam incumbentia ſupportare. Inſuper ordinamus, volumus, & præſentibus diffinimus, quod omnia promiſſa rata permaneant, & inviolata futuris temporibus conſerventur, necnon robur, & firmitatem perpetuam obtineant omnibus modis, formis, & conditionibus, quibus ex nunc, vel in futurum valere melius poterunt, & debebunt. In quorum omnium evidentiam præſentes Litteras ipſi Præpoſito dedimus tam noſtri quam Capituli Sigillorum munimine roboratas. Actum & datum VIII. Kalend. Septembris Anno Domini Milleſimo tricenteſimo octogeſimo ſexto Indictione nona.

Num. LVIIII. Miſſiva domini decani de Illmunſter domino Præpoſito & Conventui Undenſi data f. 145. L. 2. 1422.

Der hochgelobten himliſchen Königin vnd Muetter gottes Mariæ, und ihrem würdigen Gottshaus zu Underſtorff, deſs ihr würdiger Herr vnd Prelat ſeyt gib, vermach, vnd aigen ich fur freies vnd ledigs aigen meinen *allerliebſten Schaz*, das iſt, *mein Bibl*, und andere volumina meiner Bücher, die in dem Käſtlein verſchloſſen ſeind, und verzeich mich der ganz und lediglich mit Krafft vnd Urkhund des briefs, und beger und bitt inniglich, das mir durch Gott und gottliche lieb, und bruederſchaft von Eu und euren convent ein ewiger Jartag begangen werd; deſs ſeyt ihr darumb wol ſchuldig, wen ich mich 40. beraiter ducaten leicher vermegen hiet,

hiet, und rathe mit fleis euren Gnaden und Weisheit, das ihr mit ſchweren peen und edict verbiet, das ihn von eure liberey niemand nem, entzieh, noch entfremde in kainerley weis. Das alles iſt meines lieben Brueders *Martin Töbl* Bierger zu Arding gueter will, und Gunſt. Scriptum ſub Sigillo proprio in *Illmunſter* in craſtino S. Patris Auguſtini confeſſoris & doctoris eximii. *anno dni* 1422.

Excerpta Necrologii Vnderſtorfenſis e Cod. membran. MS. Sæc. XIII. in fol. Maj. Signato B. 388.

JANUARIUS.

Kal. Januar. Henricus miles de Rorbach.

II. Idus Jan. Adelhait. Henricus qui dederunt nobis predium berchach.

XVIIII. Kal. Febr. WILLIBIRCH Comitiſſa (f. Vxor Conradi I. Dachaw.) Johannes Pelhamer prefectus in Dachaw.

XVIII. Kal. Feb. Otto de Minnenpach.

XVII. Kal. Febr. MARIA DUCISSA BAVARIAE occiſa in Werdea.

FEBRUARIUS.

VI. Idus Febr. ALHÆIT COMITISSA que dedit nobis tria velamina.

III. Idus Febr. BEATRIX COMITISSA. (Vxor Arnoldi de Dachaw.)

VIII. Kal. Martij. Heinricus de Vſinhoven.

VII. Kal. Martij. CHUNRADUS DUX DE DACHAW.

MAR-

MARTIUS.

VII. Kal. April. AGNES DUCESSA BAVVARIE.

APRILIS.

VII. Non. April. BENEDICTA PALATINA DE WITLINSPACH.

MAJUS.

IIII. Non. Maij. Hermannus Canonicus dictus *Machſelrainer* obiit. *minio ſcriptus.*

VII. Idus Maij. Otto miles de aeuſenhoven.

XI. Kal. Junij. HAINRICUS IMPERATOR.

V. Kal. Jun. Otto de munenpach.

JUNIUS.

III. Idus Junii. FRIDERICUS IMPERATOR.

XV. Kal. Julij. OTTO L. de Undenſtorf qui dedit locum iſtum ſancte Marie.

XII. Kal. Jul. EKKARDUS COMES qui dedit nobis predium Ilhdorf & manſum Solarii & Silicam.

X. Kal. Julij. Chunradus, qui dedit nobis Otmarshart.

IX. Kal. Julii. AnnaKamerbergerin deKamerberg.ob.1423.

JULIUS.

V. Non. Julii. OTTO DUX BAVARIE.

AUGUSTUS.

II. Non. Auguſti. OTTO PALATINUS PATER DUCIS.

VII. Idus Auguſt. OTTO FILIUS PALATINI.

III. Idus Aug. Otto de Steueningen.

II. Idus Aug. PERTOLDUS DUX MERANIE.

Idus Aug. *Haelica duciſſa poemie.*

XV. Kal. Septemb. OTTO PALATINUS noſter advocatus (Junior)

V. Kal. Septemb. ENGELPERTUS DUX.

SEPTEMBR.

XVIII. Kal. Octob. HAILICA PALATINA (Vxor Ottonis Senioris)

XVII. Kal. Octob. FRIDERICUS PALATINUS. *Adelheit Comitiſſa.*

XV. Kal. Octob. BEATRIX REGINA.

OCTOBER.

VIII. Idus Octob. CHUNRADUS DUX DE DACHAWE.

VII. Kal. Novemb. CHUNRADUS DE WITLINSPACH qui dedit nobis predium Werinershove.

Arnoldus miles de meſſenhuſer.

NOVEMBER.

Kalend. Novemb. Otto Comes.

IIII. Non. Novemb. Arnoldus Comes.

V. Kal. Decemb. Arnoldus miles de tanne.

DECEMBER.

None. Decemb. Vlricus pincerna. Eliſabet pincerna.

Chunradus miles dictus Weichſer qui dedit conventui curiam p. glan.

XIIII. Kal. Jan. Arnoldus miles de Kamerberg.

VI. Kal. Jan. Anna Vxor Ludwici cancellarii dnorum Ducum.

MONU-

MONUMENTA GEISENFELDENSIA.

Digitized by Google

Des K[loster] Mitternacht anzusehen ist.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Geiſenfelda, inſigne Sanctimonialium Benedictinarum Coenobium, cum oppido cognomine ad Ilmum amnem in Epiſcopatu Ratisponenſi tetrarchiæ Monacenſi accenſitum. Natales ſuos ad Sæculum XI. refert.

EBERHARDUS II. Comes de Semta & Ebersberg, in diplomate fundationis apographo vernaculo de *Mourach* adpellatur, rectius forte de *Murau* vel *Mureck* dicendus, quum liberis careret, conſentiente conjuge ſua ADELHEIDE. Saxonica, quam recentiores Auſtriæ Archiducem confingunt, eique

Scutum rubrum faſcia horizontali candida diviſum adtribuunt, liberali illud cenſu inſtruxit Anno MXXXVII. amplo Henrici III. Imperatoris diplomate, liberæ præſertim Electionis Privilegio Anno MXL. firmatum, *ut Jure perpetuo gaudere debeat honore ſui Principatus.*

Inde haut dubie eſt, quod ſuos olim habuerit officiales hæreditarios, progreſſu temporis abolitos, ut e diplomatario miſcello N. XV. & XVII. patet.

Primam Loci Abbatiſſam GERBIRGEN, fundatoris ex Sorore *Willbirge* Neptem, non modo produnt Chartæ traditionum plures nunc primum editæ, ſed etiam Saxum Muro templi monaſtici prope ſummum Altare ex cornu Evangelii immiſſum, cum hac inſcriptione, a MABILLONIO primum, cum in Itinere ſuo germanico heic diverteret, non admodum adcurate adnotata, uti Ectypon æri inciſum exhibet, quod una cum delineatione lectori damus. *HAC JACET IN TUMBA GERBIRGIS FILIA REGIS GRÆCI STETORIS EBERHARDI QUE FUIT NEPTIS, HUJUS LOCI PRIMA FERTUR PRÆLATA FUISSE.*

Cæ-

Cæterum ænigmati huic anno elapſo per quæſtionem noſtram academicam quæſitus eſt quidem Oedipus, non autem inventus: proxime tamen acceſſit Hermannus Scholliner, hiſtoricis laboribus pridem notiſſimus, & aureo ab Academia nummismate ob operam hac in quæſtione præſtitam donatus.

E regione ex cornu Epiſtolæ exſtat Cenotaphium aliud, circa An. MDLXXXVI. vel XLVI. erectum, hujus Tenoris:

„Heus Viator. Hoc Saxo tegitur filius & filia nobilis comitis Eberhardi ex Murach atque dominæ Adelheidis ex archiducibus Auſtriæ præſtantiſſimæ fæminæ, qui cenobium Geiſenfeld ab ipſis fundamentis & præcipua fide & ſummis dotibus exornarunt. Heic latere volui. Vale quisquis es, & Manibus ſuam tranquilitatem precare. "

^86.

Fundatoris Soror, Gerbirgis Mater, Vidua WILLBIRGI, filiam æmulata, in eodem Parthenone. *Chronico Eberſpergenſi* teſte, pro æterna vita terrena deſpiciens, monaſticæ Religioni ſanctæque converſationi ſe ibidem in amore Chriſti ſubdidit, ac beatiſſimam vi-

tam

tam ducens, usquequo de laborioso certamine præsentis Sæculi ad emeritam remunerationis mercedem â domino fuisset evocata, & filiæ in Abbatia succedens.

Absumtis Injuria temporum fundationis Tabulis, aliisque Instrumentis, supersest hodie Traditionum Codex, sæculo XIII. e vetustiore descriptus, quem nunc primo integrum fere vulgamus, benigne concessum ab generosissima Loci Antistite D. ALOYSIA AB ASCH, quæ Parthenoni huic exacta regulari observantia, & frugali oeconomia cum primis celebri proficue præest, prodestque.

Subjicimus Seriem Abbatissarum ab Hundiana paullo diversam, sed documentis cum hujus tum aliorum Monasteriorum magis conformem, hiulcam licet, illis asteriſco *) notatis, quas certis Instrumentis comprobare nequivimus, aut quæ loco non suo positæ videbantur. Quas recens deteximus, cursivis Literis exprimi curavimus.

*) Chronicon Eberspergense apud illustr. *Oefilium Scriptor. Bavar. Tom. II. pag. 10. b.*

SE-

Mon. Boje. Vol. XIV. ad Geisenfeld

Digitized by Google

Digitized by Google

SERIES
RR. DD. ABBATISSARUM.

GERBIRGIS, filia Werigandi comitis de Murau, vel Mureck, & Willbirgis, Comitis de Semta & Ebersberg. An. 1037. † 1061.
Willbirgis Vidua, Mater prioris † 1064.
Frideruna, Marchio de Hohenburg. An. 1087.
Bertha. circa An. 1140.
Mathildis circ. An. 1147.
Richildis. An. 1151.
Heilwigis I. Soror Bertholdi II. comitis de Bogen. An. 1155.
* Adelheidis comes de Vohburg, forte de Hohenburg, Soror Friderici III. Advocati Ratispon. Vidua.
Elisabeth circa An. 1190.
Heilwigis II. An. 1211. — 1216.
Sophia. An. 1223. — 1246.
Agnes, consanguinea Ottonis *illustris* Ducis Bavariæ. An. 1249. — 1257.
Gertrudis de Schmiehen. An. 1280. — 1284.
Helena Prunnerinn.
* * * hiatus.
* Margaretha Hoferinn † 1363.
* Catherina Munnepeckinn † 1365.
Margaretha Eglingerinn An. 1376.
Vrsula Hachsen ac Kerinn An. 1380. † 1406.

* Anna Schilwaxinn † 1422.
* Anna de Wolfſtain † 1429.
Catherina An. 1434.
* Ottilia de Abensperg. † 1472.
* Dorothea Dirlinn † 1481.
Vrſula An. 1484.
Barbara Schwickerinn. reſign. 1493. † 1503.
Euphemia de Werneter † 1500.
Catherina de Stetten. † 1521.
Beatrix Schalldorferinn † 1534.
Hypolitha Heyſtadlinn † 1538.
Sabina de Seybolſtorf † 1574.
Anna Maria de Gumperg † 1584.
Apollonia Entgieſſerinn † 1595.
Corona Schallerinn † 1624.
Salome Dolnhoferinn † 1629.
Maria Maximiliana Zächinn † 1637.
Benedicta Folckhammerinn reſign. 1649 † 1653.
Anna Thereſia Pröbſtlinn † 1674.
Johanna Fides de Neuburg † 1683.
Anna Maria Gazininn † 1694.
M. Conſtantia Joſepha Jägerinn † 1727.
M. Cæcilia Wiſerinn † 1751.
M. Generoſa de Kreythmayr. † 1767.
M. ALOYSIA BARO AB ASCH.

MONU-



MONUMENTA GEISENFELDENSIA.

CODEX TRADITIONUM DESCRIPTUS SECULO XIII.

Num. I. Vidimus R. D. Abbatis Weltenburgenſis.

Nos *Nicolaus* Dei gratia Abbas Monaſterii Sancti Georgii in *Weltenburg* ordinis S. Benedicti Ratisbonen. Diœce, notum fore cupimus univerſis, ad quos præſentes pervenerint: quod ad ſupplicem petitionem venerabilis Dominæ Dmæ *Catharinae* Abatiſſae Monaſterii *Geiſenfeld* ejusdem ordinis, nec non & Dioeceſ. præſens hoc vidimus de, & ſu-

per quibusdam traditionibus bonorum & prædiorum a primis fundatoribus eidem monaſterio traditis ſcripſimus, quas traditiones vidimus, & perſpeximus in originali ejusdem Monaſterii libro ſcriptas, quæ in præſenti littera poſitae, nec augmentatione, nec minoratione permutatae ſunt, ſed conſimilibus ſcripto & forma reperiuntur hic ſicut in eodem originali continentur: In cujus rei teſtimonium hoc præſens Vidimus donamus ſub noſtri appenſione ſigilli roboratum. Anno ab incarnatione Dmni Mileſimo quadringenteſimo Triceſimo quarto. Prima die Auguſti.

Num. II. Codex Traditionum.

Omnes ſanćte Dei eccleſie fideles tam preſentes quam futuri noſcant, quod celebris memorie HEBERHARDUS COMES villam nomine *Geiſenvelt* tradidit ad altare ſanćte ſemperque Virginis Marie beatique Zenonis Strućtum in eadem villa. Tradidit etiam *Vœulenbach* *) cum nemore & eccleſiis quatuor decimatis, inſuper *Mecinpach*, & *Guttichenhuſen* cum univerſis ad hæc territoria pertinentibus, nec non quidquid in Loco *Gœimershaim*, & *Santespach*, viculisque adjacentibus hæreditario jure poſſedit, ea nimirum Lege, ut poſt ſuum, fratrisque ſui ADELBERONIS, ejusque conjugis

*) Praeſens, ut ajunt, *vidimus*, refertur ad Codicem juniorem. Nos uſi ſuimus vetuſtiore.

*) Romanis *Vallatum*, notante AVENTINO & HUNDIO.

gis RIHLINDE *) obitum predia cum familia, & cum ad ea pertinentibus ſororibus ibi ſervientibus Deo perpetuo ſuffragari debeant. Huic rei adhibiti teſtes, *Erchengerde Schambach, Hertwich de Perchoven. Wezil de Lindach. Adalbero de Perg. Magonus de Frikindorf. Diemair de Aſinchoven. Rvotprecht de Operanhuſen. Chvono filius Poponis. Timo de Vmbelsdorf. Uodalschalch de Eliſendorf; Crimolt de Mieranſperch. Ebo de monaſterio.* & aliis multis. Eadem Lege, & ſub eisdem teſtibus tradidit ad ſupradictum ſancte Marie ſanctique Zenonis Altare ad alendas ſanctimoniales *in partibus orientis* **) villam, quam jure hæreditario poſſedit, *Goereſpach* dicta, cum vineis decem & omnibus ad hec jure pertinentibus ordinate & rationabiliter diſpoſitis.

Num. III. De Traditione Eſelpach.

Noverit plebs univerſa, quod glorioſa *Comitiſſa WILIBIRCH, Soror* preſcripti *HERBERHARDI Comitis*,

*) Anonymus Weingartenſis de Gwelfis Principibus apud CANISIUM *Edit. Basnage Tom. III. pag.* 581. de ea ſub nomine *Richgarde* haec habet: „Rudolfus (S. Conradi frater) ex ſua *Ita* (de Oninge) duos filios Henricum & Welfonem, & filiam Richgardam nomine progenuit. . . . Richgardam vnus de majoribus Bajoariæ comitibus Vxorem accepit. Sed quia ex ea hæredem non habuit, tres abbatias ex ſuis prædiis magnifice, ut adhuc cernitur, fundavit, quae ſunt Ebersperg, Kubach, Giſenveld. - - ipſa que Richgardis Eberſpergæ ſepulta.“ Vid. etiam Chron. Ebersbergenſe apud OEFELE *Script. Rerum boicar. tom. II. pag.* 11.

**) In Auſtria.

per manum *Vodalrici* *) *Marchionis* tradidit ad Altare ſancte Marie locum qui dicitur *Eſelsbach* cum tribus vineis XX. & III. Mancipiis ſilvis & omnibus jure ad ea pertinentibus in manus *filie ſue GERBIRGE* Abbitiſſe & ejus Advocati HAERTWICI, ut in cottidiana oratione ſanctimonialium ſui parentumque ſuorum frequens memoria eſſet ad Deum: & hii ſunt Teſtes. *Wezil. Fabo. Amolt. Helemprecht.*

Num. IV. De Traditione predij in Solarn.

Eadem *Comitiſſa WILIBIRCH* ex petitione *filie ſue LIVTKARDE* tradidit ad altare ſancte Marie ſanctique Zenonis predium, quod vocatur *Solari*, cum fundo eccleſie, & ſilva, & mancipiis VIIII. molendino & pratis, ac omnibus que ipſa ibi hereditario jure poſſedit, ea lege, ne cuiquam in beneficium detur, nec quoquam modo Domui Dei auferatur, ſed in prebendam prefate filie ſue L. & in memoriam ſue anime, defunctique *mariti WERIGANDI* **), omniumque parentum ſuorum ſororibus ibi Deo ſervientibus perpetuo ſuffragetur.

Num.

*) Videtur fuiſſe Marchio Carinthiae † 1070. Filius Popponis I. comitis Wimarienſis, cujus genealogiam texuit Cl. FROELICHIUS *Specimine I. genealogiae Sounekiorum comitum* Pag. 10. edito Vindobonae An. 1755.

**) AVENTINUS & HUNDIUS Comitem de *Mospach* absque ullo fundamento adpellant.

Num. V. De Traditione predij in Hadprehſtorf.

Ejusdem *WILIBIRGE filia HADMOUT Comitiſſa* tradidit ad altare ſancte Marie predium, quod dicitur *Hadprechtsdorf*, eo jure, quo ipſa poſſidebat, cujus rei teſtes ſunt *Voldalrich de Forenbach. Rvotprecht de Reida. Heinrich de Sunzingen. Engilram de Merimus. Folrat de Adelperendorf. Reginger de Vuzenheim. Eiſenreich de Bvrringen.*

Num. VI. a. Traditio aliquarum Eccleſiarum.

WILBIRG nobilis *Comitiſſa* tradidit ſancte Marie beato Zenoni nec non ſororibus Deo ibidem ſervientibus Traditionem Eccleſie in *Awenpach*, *Reikkertshofen*, *& Gundramsried*, *ac Emtsgaden* cum duobus areis ac prediis ibidem pro utilitate Dominarum, & omnibus mancipiis, & omnibus juribus ad ea pertinentibus. Adtracti ſunt Teſtes. *Wezilo. Thimo. Uizo. Gerunch. Helmprecht.*

Num. VI. b.

Quidam nobilis Thimo nomine dedit pro remedio anime ſue ac parentum ſuorum unum predium ſitum in *Manching* cum pratis & agris. Teſtes *Taſſilo de Rorbach*, *Welfo de Weſtenhawſen*, *Meginhart*, & alii.

Num. VII. De Traditione Silve in Moſpach.

Quidam illuſtris proſapie Clericus ADALBERO nomine & *Germanus ejus MARCHWART*, *Ducis ADALBERONIS filij*, dederunt ad Altare ſancte Marie in manus GERBIRGE Abbatiſſe & Advocati ejus ERCHENGERI ſilvam, quam

quam habuerunt in Loco *Moſpach*, cujus rei teſtes ſunt *Gerolt*, *Jacob. Riwin*, *Rapoto. Starchant. Hezil. Benno. Anno. Razili.*

Num. VIII. Item de Moſpach.

Quidam *Comes* nomine FRIDERICUS tradidit ad Altare ſancte Marie in loco Geiſſenvelt, Conſtructo manſos tres & ſilvam & omnia ad hec pertinentia in loco, qui dicitur *Moſpach* ea Lege, ut poſt obitum ſuum Sanctimonialibus ibidem Deo Servientibus perpetuo ſuffragetur, Et hij ſunt teſtes. *Outker de Erinſtein. Berhtold de Velden. Eiſengreim de Asenehouen, Otto de Eiteraha, Adalbreht de Albolteshoven, Babo de Beunnehardt. Eiſengreim de Geſenbach, Volalrich de Amincinesbach. Cholo. Walther. Cumbreht.*

Num. IX. De Traditione Pernchoven.

Noverint Fideles Eccleſie Filij, quod nobiliſſimi *Ducis ADALBERONIS filij, MARCHWART, & ADALBERO*, interjectu temporis *Babenpergenſis* *) eccleſie factus *epiſcopus*, ad Altare ſancte Marie ſanctique Zenonis in Loco *Geiſenvelt* conſtructo tradiderunt predium *Bernchoven* dictum, cum ſilvis & pratis & vineis IIII. cum omnibus ad hec pertinentibus, pro anima Patris ſui prefati *Ducis ADALBERONIS in eodem Monaſterio ſepulti*, in manus *HEBERHARDI Comitis*, ejusdem Geiſenveldenſis Eccleſie conſtructoris.

*) Errat igitur Author Catalogi Epiſcoporum Babenbergenſium ſub Titulo: *Gloria imperialis Eccleſiæ Bambergenſis*, qui hunc adpellat *Albertum*, & comitem *de Bogen* facit.

toris. Adhibiti vero ſunt Teſtes. *HEBERDUS, & ERNESTUS, fratres ejusdem Ducis. Chvono de Ebenhuſen, Chvono de Vochburch. Wezil de Lintach. Haertwich de Perchoven. Erchenger de Schambach. Magonus de Frichendorf. Diemas de Asinchoven. Ouldelschalch de Elſendorf*, & alij multi.

Num. X. De Traditione Aerſingen.

Quidam nobilis Homo, *Gerolt* nomine, dedit ad altare ſancte Marie ſanctique Zenonis tres hubas in villa *Aereſingen* cum omnibus jure ad eas pertinentibus & VI. mancipia pro nutritura filiarum ſuarum. Et hi ſunt Teſtes. *Erchenger, Gerolt, Rvotpreht, Oudelrich.*

Num. XI. De Traditione Mangoltsdorf.

Quidam nobilis Vir *Engelmar* pro alenda filia ſua dedit ad Altare ſancte Marie manſos quatuor, duos in Villa *Ombach*, duos in Villa *Murbach*, cum mancipiis VI. & omnibus jure ad hec pertinentibus. Et adhibiti ſunt Teſtes *Heimprecht. Chouno, Ebo, Aeribo, Gerolt.*

Num. XII. De Predio Asleishuſen.

Venerabilis Domina *Abbatiſſa GERBIRCH* emerat predium in eodem Loco *Asleishuſen* a quodam nobili Viro *Fritilo* nomine & hij ſunt Teſtes. *Cholo. Hœrtwich de Trasmundsrieth, Chatold. Menginwart. Babo, Huchbolt, Engilmar, Otto de Emphembach. Winther. Gerwich, Richker, Immo, Arnold.*

Num. XIII. De Commutatione Mvrpach, & Asleishvſen.

Interpoſito tempore facta eſt mutua Commutatio prediorum *Murpach*, *& Asleishuſen* à quoquam nobili Viro *Helmprehto de Vuchilingen* cum voluntate Abbatiſſe GERBIRGE, & *Advocati Pabonis.* Et adtracti ſunt Teſtes. *Wernherri de Glona. Altman. Ezzo, Hartman, Otto, Hiltiwart. Friderich, Reginpreht, Rievolt, Fritilo, Ouzi, Winther, Chovno, Immo, Rihker.*

Num. XIV. De eodem Loco Lera.

Quidam nobilis nomine *Ortwin* tradidit in manus GERBIRGE Abbatiſſe ad Altare ſancte Marie pro alenda filia ſua manſum unum in Loco *Lera*, eo jure, quo ipſe poſſidebat. Cujus rei Teſtes ſunt, *Ebo*, & filius ejus *Arnolt*, *Vodelrich*, *Haunpreht.* In eodem Loco *Lera* dedit, quidam nobilis *Meginhart* pro nutritura filie ſue manſum unum ad Altare ſancte Marie eo jure, quo ipſe poſſidebat, & facti ſunt Teſtes. *Ebo. Ortwin* & filius ejus *Magonus. Hœrtwich.*

Num. XV. De Commutatione predij in Lera.

De eodem predio *Lera* interjectu temporis facta eſt Commutatio per manus Abbatiſſe GERBIRGE, ejusque Advocati *Babonis.* Nam quidam *Rvotpreht* accipiens mutuo eosdem duos manſos dedit è contra predium in Loco *Smidendorf*, & facti ſunt Teſtes: *Wernher. Altman Ezzo. Rvotpreht, Vodelrich. Vozi. Winther. Gerunh.*

Num.

Num. XVI. Predium de Vdilotisdorf.

Quidam nobilis *Waſigrim* pro prebenda filie ſue dedit ad Altare ſancte Marie predium quod dicitur *Ovdilotisdorf* cum mancipijs tribus & ſilva & paſcuis eo jure, quo ipſe poſſidebat. Hujus rei Teſtes ſunt, *ADALBERO, Marchio & Frater ejus OTOKAR, Babo, Engildie, Aerbo, Magonus, Huch, Ortolf.*

Num. XVII. De Predio, quod dicitur Baltheim.

Quedam Matrona *Diemot* nomine dedit pro alenda filia ſua ad Altare ſancte Marie per manus *filiorum* ſuorum *Ottonis & Warmundi* predium quod dicitur *Baltheim*, eo jure, quo ipſa poſſidebat. Et hii ſunt Teſtes, *Hœrtwich, Erchenger, Wezil, Rvotpreht, Heberhart.*

Num. XVIII. De Predio Herinhvſen.

Quidam nobilis homo *Eppo* dictus ad Altare ſancte Marie legitime tradidit predium quod tunc habuit in Loco *Herinhvſen* & mancipia II. ut duabus filiabus ſuis prebende in eodem monaſterio darentur & adhibiti ſunt Teſtes. *Hœrtwich, Vodelrich. Adelhard Rihker, Wichart, Adalbero. Timo. Hœinrich, Wezil.*

Num. XIX. De Traditione II. Manſorum Peheim.

Noverint univerſorum induſtria, quod quidem Presbyter nomine *Gundino* per manus cujusdam nobilis nomine

Eppo dedit ad Altare ſancte Marie manſos duos in villa, *Peheim* ea Ratione, ut poſt vitam ſuam ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus perpetuo ſuffragaretur. Hujus teſtes ſunt, *Heberhard* & filius ejus *Vodalrich. Volschalch de Hœnenhuſen. Volrich de Rottenbach. Rvodolf de Rota. Vozi. Richker. Immo. Bernhart.*

Num. XX. De Prato in Tetenwanch.

Quidam nobilis *Ruodolf* nomine dedit ad Altare ſancte Marie pratum unum in Loco *Tetenwanch*, & adtracti ſunt Teſtes. *Rvodolf. Rvodolf. Rvopreht. Rvopreht. Penno.*

Num. XXI. De Predio & duobus mancipiis.

Hii ſunt Teſtes pro predio & duobus mancipiis *Rihperti* Servi ſancti Zenonis. *Vozo* & filius ejus *Hœrtwich. Rvopreht. Engildiech.*

Num. XXII. Sub Wichpirge Abbatiſſa.

Quidam nobilis Vir *Wolftregil* nomine dedit ad Altare ſancte Marie duas molendinas cum omnibus ad ea pertinentibus & mancipia VII. in manus *HEBERHARDI Comitis*, *Sororisque* ejus WICHPERGE *) Abbatiſſe, pro nutritura filiarum ſuarum, Et hii ſunt teſtes. *Erchenger. Wexil. Rvotpreht. Vodelrich. Hœrtwich. Tagin.*

Num.

*) Forte eadem eſt cum *Wilpirge*, Matre *Gerbirgis*, certiſſima *Eberhardi* Sorore, quæ filiæ in Abbatia ſucceſſiſſe videtur.

Num. XXIII. Anno 1065.

Notum ſit omnibus Chriſtianis preſentibus & futuris, qualiter quedam mulier *Engilrait* nomine tradidit ſe, & filios, filiasque propria voluntate ad Monaſterium ſancti Zenonis in Locum qui vocatur Giſenvelt in poteſtatem Comitis EBERHARDI ad unum cenſum decem denariorum reddere monaſterio & ſancto Zenoni, & dato Cenſu vivere Liberam ſe omnesque affines eorum. Facta ſunt hec *anno milleſimo ſexageſimo quinto* regnante Rege HÆINRICO & preſente Comite HEBERHARDO. *)

Num. XXIV.

Wernhart de Halarteshuſen tradidit ad Altare ſancte Marie mancipium unum Guntpreht ad cenſum V. Denariorum.

Eberhardus & Filius ejus tradiderunt ad Altare ſancte Marie in uſum Congregationis predium *Frimundsdorf* pro Redemptione animarum & parentum eorum eo jure ut nulli detur in beneficium.

Mazil & Holzluttin tradidit Servum ſuum Rvodolfum ad Altare ſancte Marie ad Cenſum V. Denariorum.

Giſila de Mangoltsdorf & filii ejus *Friderich & Heinrich*, & filie ejus *Heilka Mœthhilt* cum ceteris filiis & filiabus ſuis

*) Quum poſt hunc Annum nuſpiam compareat Comes EBERHARDUS, hunc eidem emortualem fuiſſe, merito ſuspicamur.

censum V. Denariorum debent ad Altare sancte Marie persolvere.

Rvodolf de Liuttenach tradidit Servum suum Perngerum sancte Marie ad Censum V. Denariorum.

Quidam ex Familia sancte Marie nomine *Eberhard* tradidit ad Altare sancte Marie ancillam suam Helmpurgam ad Censum V Denariorum.

Num. XXV. De Traditione Wolfpvoch.

Quidam nobilis nomine *Magonus* pro remedio anime sue dedit ad Altare sancte Marie predium suum quod dicitur *Wolfpvoch* cum omnibus jure ad id pertinentibus, & adhibiti sunt testes. *Reginpreht. Erinprecht, Pabo. Adalbreht, Ebo.*

Num. XXVI. Sub Frideruna Abbatissa. An. 1087. De mutua Commutatione ejusdem Predij.

Notum sit omnibus Christi fidelibus præsentibus scilicet ac futuris pactum, quod inter venerabilem *Eihstetensis* ecclesie *Episcopum* Vo: & honorandam *FRIDERUNAM Gisenveldensem Abbatissam* factum est. Tradidit namque eadem Abbatissa XII. hubas & dimidiam in Loco *Wolfpvoch* dicto & VI. mancipia in eodem predio consistentia, & insuper X. libras denariorum per manum Advocati sui HEBERHARDI, in manum prenominati episcopi VODALRICI, sui Advocati ERNESTI *) pro decimatione ad suam Ecclesiam, que

*) Iste videtur fuisse Marchio de HOHENBURG.

que eſt in Loco *Geimersheim* dicto pertinente, ea ſcilicet conditione, ut nullus deinceps Succeſſorum ejus poteſtatem habeat hanc eandem decimationem eidem Abbatiſſe ſue eccleſie auffere, aut hujusmodi concambium ullo modo deſtruere. Hoc etiam pactum eodem Die peractum eſt, & confirmatum, quo eadem eccleſia à ſupradicto Epiſcopo dedicata eſt. Facta ſunt hec anno Dominice incarnationis MLXXXVII. Indictione X. regnante quarto HENRICO Imperatore, tempore VODALRICI ſancte Eihſtetenſis Eccleſie XVIIII. Epiſcopi & *Erneſti* Advocati. Hujus pacti utrimque teſtes per aures tracti nobiles viri *Aerbo de Hunefat*, *Diemar de Metchenloch*, *Heinrich de Milenhart*, *Purchart de Raitenbvoch*, *Wernher de Tann*, *Meginhart de Wagenbach*, *Gerunch de Lwvenſdorf*, *Vodalrich de Boran*, & alii multi.

Num. XXVII. De Traditione Sigebrantesdorf.

Notum ſit omnibus quod quidam *nobilis* Vir nomine *Vodalricus* dedit ad Altare ſancte Marie precepto & peticione *Patris ſui Reginhardi* ibidem ſepulti manſos duos cum mancipiis quatuor in villa que dicitur *Sigebrantesdorf*, & facti ſunt teſtes. *Rappot. Berhtolt. Branthoch. Vozo. Chvonrat. Regenhart* & alii multi.

Num. XXVIII. Predium de Harda.

Quidam nobilis *Magonus* nomine dedit ad Altare ſancte Marie pro remedio anime ſue & pro alenda filia ſua in eodem monaſterio predium, quod dicitur *Hard* cum mancipiis tribus eo jure, quo poſſedit, cum ſilvis, & pratis, & omni-

omnibus ad hec pertinentibus, & adtracti ſunt Teſtes *OTTO DE SCHÆIR*, *Tagin de Peroltsheim*, *Heberhart de Nennipach*, *Engilmar de Hilishuſen*, *Menginhart de Meiſah*, *Magonus de Lohhuſen*, *Otto de Annibach*, *Meginwart de Minneuhuſen*. & alii multi.

Num. XXIX.

Wernhart de Ingenbach petitione Sororis ſue obeuntis dedit ad Altare S. Marie in manus FRIDERUNE ABBATISSE Servum ſuum Gerolt ad cenſum V. denar.

Num. XXX. De Swarzolvesdorf.

Quedam nobilis Matrona *Mahthilt de Rœcenhouen* dedit ad Altare ſancte Marie per manus *filii ſui Heberhardi Advocati* pro anima mariti ſui *Heberhardi*, & pro prebenda filiarum ſuarum manſum unum in Loco *Swarzolvesdorf*, & mancipia III. in manus FRIDARUNE Abbatiſſe, & hii ſunt Teſtes. *Altman de Endilſteten*, *Regil de Milenhoven*, *Gerunch de Liwenesdorf*, *Helmpreht*, & filius ejus *Meginwart de Minnenhuſen*, & allii multi.

Num. XXXI. De Commutatione Owaſe pro Ænzenried.

Hij ſunt Teſtes adducti pro commutatione quam fecit ARNOLT de SCHÆIRN in predio quod dicitur *Aenzenried*, quod dedit ad Altare ſancte Marie, accipiens de eadem Domo Dei in commutationem predium in Loco *Oweſe* per manus FRIDRUNE Abbatiſſe, & Advocati HEBERHARDI.

DI. *) Hij ſunt Teſtes *Goteſchalch de Marpach. Welf de Ottmareshart, Adalbreht de Albolterhoven, Werinher de Brvnn, Ovdelschalch de Minnenhuſen, Eberhart & Hœinrich de Emphinbach, Gerunch de Linnesdorf, Hœrtvvich. Chuono. Adalhart. Wezil.*

Num. XXXII. De Predio in Winden.

Hij ſunt Teſtes pro Predio *Winden*, quod quedam nobilis Matrona *Iriningart* dedit ad Altare ſancte Marie per manus filii ſui *Baltwin* cum mancipiis III. pro alenda filia ſua. *BERNHART DE SCHÆIRN, Babo de Eschilbach, Wernher de Brvnn, Brayn de Wizzanesdorf, Menginwart de Minnenhuſen, Berhtolt de Tegerbach.*

De Gundramsried area.

Quidam nobilis *Gotehalm* dictus tradidit ad Altare ſancte Marie predium quod habuit in Loco *Gundramsried* cum tercia parte eccleſie ibidem ſite, & cum omni jure quo poſſedit, & hii ſunt Teſtes. *OTTo DE SCHAIRN, Rafolt. Ebo Friderich. Huc. Hucpolt. Rvotprecht. Arnolt, Enfengreim, Immo*, & alii quàm plures.

Num. XXXIII. De Traditione Predii Sigbrantstorf.

CHVONRAT **) *de Dachaw* dedit ad Altare ſancte Marie in Remedium anime fratris ſui ARNOLFI, predium,

*) De *Raezenhoven*, cuius Parentes Num. praeced. recenſentur.

**) Hoc nomine ſecundus, Dux Dalmatiæ & Croatiæ. † An. 1158. qui fratrem habuit *Arnoldum*.

quod habuit *Sigbrantsdorf* in manus Abbatiſſe FRIDERUNE & Advocati HEBERHARDI, & hii ſunt Teſtes. *Hœinrich de Biburch, Rœchwin de Wichs, Heinrich de Emplumphach, Tagin de Wagenbach, Hœinrich de Abbatsdorf. Richter*, & alii multi.

Num. XXXIV. De Predio in Mangoltsdorf.

Quidam Servus ſancti Zenonis nomine *Diepolt de Mangoltsdorf* tradidit ad Altare ſancte Marie in manus *FRIDERUNE Abbatiſſe* predium quod habuit in eadem villa, & mancipia tria ad cenſum V. Denariorum, quorum hec ſunt nomina. Diepolt. Rutprecht. Berhtrat. Huius rei Teſtes ſunt *Ovdalrich* — —

Num. XXXV. De Predio in Walchenſpach.

Quidam clericus nomine *Wezil* predium ſuum, quod in villa *Walchenſpach* poſſedit, cum omnibus appenditiis ejus queſitis, & inquirendis, cum dimidia parte eccleſie que in eadem villa ſita eſt, & decima ad eandem dimidiam partem pertinente, ſimul cum duobus mancipiis Enzimano & Perhta pro Remedio anime ſue ad Altare ſancte Marie in Eccleſia Giſenveldenſi conſecrata jure legitimo in proprium tradidit, legitimeque ſub teſtibus confirmavit ea Ratione, ut poſt obitum ſuum in aniverſario depoſitionis ſue die ſanctimonialibus ibidem Deo Servientibus Talentum unum, vel ſi amplius poſſit, ex omni predii illius uſusfructu Clericus unus, vel cui Domina Abbatiſſa commiſerit, indubitanter perſolvat, illud ratum & fixum ita ſubnexum eſt, ut ſi idem

Ta-

Talentum duobus annis ſine emendatione retentum fuerit, vel ſi una Perſona contraria ibidem predium aliter in beneficium dederit, proximus heres ejusdem Clerici W. talentum unum ad predictum Altare offerat, redimat & absque omni contradictione habeat. Hujus rei Teſtes ſunt *Lanzo de Wiarn, Regel de Milenhouen, Enſerich de Egratsdorf, Gerunch de Liwensdorf, Dietmar de Welſingen, Goteschalch de Hag, Altman de Bünnehart, Immo*, & alii multi.

Num. XXXVI. De Predio in Levtenhuſen.

Quidam *Vodalricus filius Gozperti* Servi ſancti Zenonis, cum Mater ejus ex aliena eſſet familia, & ideo Beneficium Patris ſui hereditario jure adquirere nequiviſſet, dedit per manus *Vodalrici*, id eſt ſancti Zenonis Servi ad Altare ſancte Marie predium, quod habuit in *Lvtenhuſen*, cum area & edificiis in manus Abbatiſſe FRIDERUNE, & *Advocati ejus HEBERHARDI*, & ea conteſtatione prefati patris ſui beneficium obtinuit, ut idem predium cum area & edificiis poſt mortem ſuam absque omnium contradictione inuſum eſſet ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, quod ratum factum eſt attractis Teſtibus ſubſcriptis. *BERNHART DE SCHIEREN, Heinrich de Sigenburch, Heinrich de Sicclingen. Adalbreth de Alboltshoven, Wernher de Huſen. Chvonrat Gagenbach. Heberhart, Hœinrich de Emphenbach, Gerunch de Luvenſdorf, Regel de Milenhoven, Huc de Minzenhuſen*, & alii multi.

Num. XXXVII. De Predio in Loco Bvchen.

Hilteprant dedit ſancte Marie predium ſuum in Loco *Pvoch* in oblationem Congregationi tres annos, & poſt tres annos ad prebendam eisdem Sororibus, & de ipſo predio dedit unam aream *Richarde* & ipſa defuncta. . . . .

Num. XXXVIII. De Traditione predii in Havſen & aliorum.

Quidam ex nobilliſſima Proſapia ERNESTUS DE HOHENBURCH tradidit ad Altare ſancte Marie pro prebenda Sororum ſuarum in manus *amite ſue* Abbatiſſe FRIDERUNE predium in Loco *Huſen*, ut ipſe hereditario jure poſſedit, in communem uſum Sororum inibi Deo ſervientium, inſuper uſum, qui in portu *Möringen* a navigantibus adquiri poteſt, & manſum unum in villa *Mörringen*, vnum etiam in vico *Vrſingen* ad prefatum Altare ſancte Marie ea tradidit ratione, ut predicte Sorores ſue ſuper ſtatutam & communem Sororum annonam, quamdiu vivant, in quemcunque uſum velint ſpecialiter & proprie exinde auxilium habeant, quod ita ratum fecit, ut nulla Abbatiſſa ſuccedat, que illud aut in Beneficium dare, aut quoquam commutare illis viventibus poteſtatem habeat, illis autem obeuntibus in communem utilitatem ſerviat. Super hoc attracti ſunt Teſtes *Frater ejus ADALBRETH*, *Arnolt de Chuniprehtspurcc*, *Adalbero de Paccenhoven*, *Volcmar de Tunzeling*, *Otto de Pingen*, *Engelschalch*, & alii multi.

Num.

Num. XXXIX. De Predio in Fridmundsdorf.

Eberhard & frater ejus tradiderunt ad Altare ſancte Marie in uſum Congregationis predium *Fridmundsdorf* pro Redemptione animarum ſuarum, & parentum eorum eo jure, ut nulli detur in beneficium, & hii ſunt Teſtes. *Vdalrich de Walde, Hœinrich de Abbatisdorf, Marcwart de Liuuensdorf. Huc. Megingoz de Minnenhuſen, Sigo de Grüzelpach, Wernhard, Chunrat de Wangenbach, Udalrich, Paltwin de Zella, Wezil, Huc*, & alii multi.

Num. XL. De Predio in Heimprehtshoven.

Notum ſit omnibus, quod quidam prenobilis nomine FRIDERICH per manus *Engelberonis de Walchenſpach* tradidit ad Altare ſancte Marie predium in Loco *Heimprehtshoven* in manus *OTTONIS Advocati* ea ratione ut Sorores ſue Deo inibi Servientes ſuper ſtatutam Annonam dum viverent, inde auxilium haberent, & poſt earum mortem communiter Congregationi ſerviret. Super hoc adtracti ſunt Teſtes. *Vdalschalch de Walshouen, Aerbo de Prvle, Mahtſrit de Richershoven, Rihker de Hege, Hœinrich de Roneweg, Paltwin de Zell.*

Num. XLI. De Predio in Lanqwat.

Quidam de Familia ſancte Marie ſanctique Zenonis nomine *Ruodolf* peticione Patris ſui obeuntis tradidit ad Altare Marie predium quod habuit in Loco *Lanqwat* pro Redemptione anime ſue, & omnium Parentum ſuorum eo tenore, ut nulli fiat in beneficium, ſed Sororibus Deo inibi

ſervientibus ſupra ſtatutam annonam, per ſingulos annos inde ſolvatur oblatio. Adtracti ſunt Teſtes *Vodalrich*, *Eberhart de Gœimershœim*, *Wernhart*, *Richer*, *Otto*, *Huc*, *de Metenpach. Huc*, *Pilgrim*, *Rvodpreht*, *Diettmar*, *Arbo*, *Vodalrich*, *Sighart*, *Friderich de Geiſenvelt*, *Eberhart*, *de Notingen*, *Otto de Zell*.

Num. XLII. De Predio & vinea in Gammoltsdorf.

Sciant omnes tam preſentes, quam abſentes, quod quidam Liber nomine *Marcquart* tradidit ad Altare ſancte Marie predium, quod ipſe hereditarie poſſedit in Loco *Gammoltsdorf*, cum vinea, pro prebenda Sororis ſue *Mathilde* ad idem Altare ſancte Marie Deo Sanctisque ſuis ſervienti. Et hii ſunt Teſtes adtracti. *Liutolt & Eberhart*, *Volrich*, *Arnolt*, *Nöting*, *Hugo*, & alii multi.

Num. XLIII. De Predio in Freinperge.

Notum ſit omnibus, quod quidam nobilis de *Ottmarshart* cum uxore ſua *Aua* (lege *Anna*) tradidit ad Altare ſancte Marie predium in *Freinberge* & manſum unum ad *Regenprehtshuſen* cum V. mancipiis pro nutritura duarum Filiarum. Et hujus rei Teſtes ſunt. *Merbort*, *Otmarshart*, *Vlrich*, & Filii ejus *Sifrit* & alii.

Num. XLIV. De Predio in Hattenhuſen.

Predium in *Hattenhuſen* tradidit *Pilgrim in Wolntsah* ad Altare ſancte Marie peticione *Arnoldi* & uxoris ſue pro conſtituta annona dum ad viveret ſibi tradenda. Hii ſunt

Teſtes

Teſtes *Megenwart de Asdeshuſen*, *Richker de Hege*, *Hugo & Eberhart de Nöting*, *Tiemo de Heredieshuſen*, *Liutolt*, *Rvoprecht de Roneweg*.

Num. XLV. De Predio Vmbelsdorf.

Predium quod dicitur Vmbelsdorf tradidit *Wolfstrigel de Stuadach* Servus Domus Dei, ad Altare ſanctę Marie petitione *Altmanni de Singenburh* pro redimindo dampno ſpoliis & incendiis à ſe facto. Hi ſunt teſtes adtracti *Eckehart de Wirde*. *Richker de Hege*, *Gebolf de Vuolenpach*, *Hugo*, *Eberhart de Nöting*, *Sigehart*, *Pilgrim*, & alii.

Num. XLVI. De Predio Brvnnen.

Predium quod dicitur *Brvnnen* in manus *Hœrtwici* poſitum IIII. Talentis & V. Siclis redimendum idem *Hœrtwich* tradidit ad Altare ſancte Marie hac ratione, ut poſt obitum ſuum hæres debitum pro dicto Theſauro ſolvat, vel predium communi uſui Congregationis ſerviat. Hii ſunt Teſtes, *Heinrich de Suolempach*, *Richker de Hege*, *Volich*, *Sifrit de Helchenpach*, *Hugo*, *Eberhart de Nöting* & alii multi.

Num. XLVII.

Erchenfrit *de Hunrichescheim* dedit per manus *Guntboldi de Helichandorf* ad Altare ſancte Marie in manus FRIDERUNE Abbatiſſe ejusque Advocati *Heberhardi* ancillam ſuam nomine Rvozil cum filiis IIII. ad cenſum V. denariorum.

Num.

Num. XLVIII.

Quidam Servus nomine Livtolt dedit ad Altare ſancte Marie per manus *Arnoldi* ancillam ſuam nomine *Willipurgam* cum filiabus ſuis ad cenſum V denariorum.

Num. XLIX.

Servus ſancti *Zenonis* Auermann tradidit Servum *Hœrtwicum* cuidam *Marchwardo de Richkereshouen*, per cujus manus idem *Hœrtwicus* traditus eſt ad Altare ſancte Marie pro cenſu V. denariorum.

Num. L.

Quidam de familia ſancti Zenonis nomine *Vdalrich* petitione conſervi ſui *Berthgozi* tradidit per manus *Heberhardi Advocati*, & Abbatiſſe FRIDERUNE ad Altare ſancte Marie predium in manu ſua ſitum, quod idem *Berthgoz* jure hereditario poſſidet.

Num. LI.

Quidam nomine *Adalbreht* tradidit filiam ſuam nomine *Berhtam* ad Altare ſancte Marie per manus *Rihkeri* ad cenſum V. Denariorum.

Num. LII.

Cinwic de Tuberuelt dedit per manus *Hetuleri* ad Altare ſancte Marie Servum ſuum *Berngerum cognomine Vdalrich* ad cenſum V. Denariorum in manus EBERHARDI ADVOCATI.

Num.

Num. LIII.

Quidam nobilis *Vdalrich de Sneithart* dedit ad Altare ſancte Marie Servum ſuum nomine *Reginolt*, & fratrem ſuum *Heituolch* cum ſorore *Azala* ad cenſum V. denariorum.

Num. LIV.

Rafolt de Hennprehtshouen dedit ad Altare ſancte Marie ancillam ſuam nomine *Anam* ad cenſum denariorum, ut ſi unum aut duos annos negligat, ſecundo aut tercio anno reſtituat. Quod ſi per tres annos neglexerit, ſit legitima ancilla ſancte Marie & à nullo ſervili opere ſe valeat excuſare.

Num. LV.

Wezil peticione *Wernheri* Presbiteri tradidit ad Altare ſancte Marie duas Sorores *Wilibirgam* & *Itam* ad cenſum V. Denariorum.

Num. LVI.

Wazili dedit in vice fratris ſui ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum mancipia VI. Gepam, Vodalricum, Heberhartum, cum ceteris fratribus & Sororibus, & omni eorum futura progenie.

Num. LVII.

Penno Servus ſancti Zenonis dedit per manus *Liutoldi* & *Rihkeri* ad Altare ſancte Marie ancillam nomine Enzam cum filio ſuo & ſubſequente prole ad cenſum V. Denariorum.

Num. LVIII.

Vodalr ich de Emphinpach dedit ad Altare ſancte Marie Servum ſuum nomine *Gozpreht* ad cenſum V. Denariorum.

Num. LIX.

Chvono de Enphenpach tradidit ad Altare ſancte Marie in manus OTTONIS Advocati Ancillam ſuam nomine *Bertham*, cum filiis & filiabus VIII. ut poſt obitum ſuum annuatim dent cenſum V. Denariorum.

Num. LX.

Livtold de Ronanweg tradidit ad Altare ſancte Marie Servum ſuum nomine Diemar ad cenſum V. Denariorum.

Num. LXI.

Vodalrich de Einova dedit ad Altare S. Marie Servum ſuum nomine Willipreht ad V. Denarios.

Num. LXII. Sub Bertha Abbatiſſa circ. An. 1140. De II. huobis in Smvotshovſen.

Sciant omnes fideles tam preſentes, quam poſteri, quod quidam nobilis potenti manu tradidit ab Altare ſancte Marie in manus B. Abbatiſſe duas hubas in Loco *Smvoteshuſen* unam prebendam filie ſue, ſecundam prebendam Conjugis ſue Sorori. Hujus rei teſtes ſunt *Hugo. Arbo*, *Dietmar*, *Herman*, *Beringer*, & alii plures.

Num.

Num. LXIII.

Quidam de familia ſancti Zenonis nomine *Vlrich* ex peticione conſervi ſui *Berchtgozi* tradidit ad Altare ſancte Marie per manus *Eberhardi* Advocati, quoddam predium ſitum — — quod idem *Perchtgoz* jure hereditarie poſſidebat. Teſtes ſunt *Regel de Meilnhoven*, *Altman*, *Gerunch*, *Eberhart de Empheubach*, & alii Chriſti fideles.

Num. LXIV.

Quidam homo Liber nomine *Bernhardus* ſe ipſum tradidit Servum *Rvotperto Theloneario Giſenveldenſi* ea conditione, ut hunc aſſumptum in ſua proprietate traderet ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum, quam peticionem perfecit ipſe *Rvotpertus* preſente Abbatiſſa BERHTA.

Num. LXV.

Rvotpertus Thelonearius tradidit ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum filium ſuum *Paltwinum*.

Num. LXVI.

Soror noſtra *Beatrix* dedit ad Altare ſancti Zenonis mancipium unum nomine Wernhardum ad cenſum V. Denariorum per manus *Wernhardi prepoſiti*.

Num. LXVII.

Quedam Femina ex Miniſterialibus ſancte Marie per manus *Hugonis* miniſterialis ejusdem Domus Dei dedit

ad Altare ſancte Marie tria mancipia Swicker, Gebehrort Gebhart.

Num. LXVIII.

Ekkerich de Chvmmentingen dedit ad Altare ſancte Marie per manus OTTONIS *Advocati* ancillam ſuam nomine *Azilam* omnesque Filias & Filios de ipſa futuros ſingulos ad cenſum V. Denariorum eo tenore, ut nullus audeat ipſos Domui Dei aliqua violentia alienare.

Num. LXIX.

Mœhthild de Vmbelsdorf tradidit ad Altare ſancte Marie propriam ancillam nomine Irmingard per manus *Perhtoldi* ad cenſum V. Denariorum.

Num. LXX.

Comes ECHEBREHT DE BVOTTINNE tradidit ad Altare ſancte Marie per manus Rvodolphi in manum *Abbatiſſe* BERTHE mancipia VI. Wezelinum, Liutkardem, Gepam cum prole ſua Chvniza & Arnoldo ad cenſum V. denariorum, *Adalhardum jure miniſtrorum.*

Num. LXXI.

Ermingen & Filius ejus Rvodolf per manus *prepoſiti Heinrici* dederunt in manus BERTHE *Abbatiſſe* Servum ſuum Fridericum, ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum.

Num.

Num. LXXII.

Quedam *Libera* mulier nomine *Azila* tradidit ſe ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum, cum *filio ſuo Bernhardo*, & *filiabus ſuis Hiltigarda*, & *Adelhaida*.

Num. LXXIII.

Notum ſit omnibus, quod *Pernger* Famulus ſancte Marie, ſancti Zenonis in commutationem II. mancipia ſcilicet *Diemvodam*, & filium ejus *Meginhardum* prole, quam eſſet habitura, tradidit pro ſe ad Altare ſancte Marie ex reſpectione & conſenſu miniſtrorum uolentibus & aſtantibus *Advocato OTTONE*, & *Abbatiſſa BERTHA*, ita confirmata eſt, quod *Rvodolf* liber Stephano in prefectura iſta preſcriptum *Peringer* tradidit ad Altare ſancte Marie ea ratione, ut ipſe *Peringer* cum prole ſua legitime jus & conſortium haberet miniſtrorum.

Num. LXXIV.

Hartwick de Parre tradidit proprium Servum Hadamarem ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum per manus OTTONIS *Advocati* & BERTHE *Abbatiſſe*.

Num. LXXV.

PERNHART *Comes de* SCHIERN, tradidit jure miniſtrorum ad Altare ſancte Marie ancillam ſuam Mahtbildam, cum prole ſua per manus OTTONIS Advocati & BERTHE *Abbatiſſe*.

Num. LXXVI.

Chvono de Horeburch per manus miniſterialis ſui *Ekkeriches de Appingen* tradidit ad Altare ſanćti Zenonis ancillam ſuam Richildam cum filio ſuo ad cenſum V. denariorum.

Num. LXXVII.

Soror noſtra Ita dedit per manus *Amalberti de Schouen* ancillam ſuam Bertham ad Altare ſanćte Marie ad cenſum V. denariorum in manus BERTHE Abbatiſſe & *Wemhardi prepoſiti.*

Num. LXXVIII.

Soror noſtra Giſila preſente Abbatiſſa BERTHA per manus *Rvodolfi de Notenhuſen* Servum ſuum nomine Dietmarum ad Altare ſanćte Marie ad cenſum V. denariorum.

Num. LXXIX.

Eberlint de Ronewegin dedit ad Altare ſanćte Marie mancipia IIII. cum conſenſu filie ſue Irmingarde in manus BERHTE Abbatiſſae.

Num. LXXX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, quod *Berhta* quedam libera mulier ſe ipſam tradidit, & tres filias ſuas *Adelheit*, *Hizelam*, *Mahtilt* ſuper cenobium Giſenveldenſis ſub jure miniſterialium ſemper manſuram, & omnem poſteritatem ejus, & hoc ſub tempore OTTONIS, *Senioris*, *Advocati* factum eſt.

Num.

Num. LXXXI.

Perhtolt de Schamhoubt dedit ad Altare ſancte Marie per manus *Hœinrici prepoſiti de Geimersheim*, *Hiltgundam* cum omni prole ſua ad cenſum V. Denariorum preſente *Wernhardo prepoſito* in vice advocati OTTONIS in manus BERTHE Abbatiſſe.

Num. LXXXII.

Immo de Puoch dedit mancipia II. Siboten & Engelmar ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. LXXXIII.

Vdalrich de Furte dedit Servum ſuum Eberhard ad altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. LXXXIV.

Wernher de Vulenpach ſuſcepit V. mancipia de manu *Wernheri de Biberpach* ejus peticione tradenda ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum quorum nomina ſunt Timo Dietmar Paltwin Hærtwic Meregart.

Num. LXXXV.

Eckellaip & Judta de Hage tradiderunt ancillam ſuam Hadewich cum poſteris ſuis ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num.

Num. LXXXVI. Sub Abbatiſſa Mathilde circ. An. 1147.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Regilint de Auguſta civitate* tradidit ancillam ſuam nomine Helmpurch ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denar. in manus Abbatiſſe *Mœchthilde.*

Num. LXXXVII.

Notum ſit omnibus qualiter quedam nomine *Hilta de Hœizhouen* tradidit ſe & filiam ſuam *Iringardem* cum omnibus poſteris ſuis ſuper Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. LXXXVIII.

Quedam femina *Frideruon* dedit ad Altare ſancte Marie ancillam ſuam Hiltigardem ad cenſum V. denar.

Num. LXXXIX.

Quidam *Zaceo* nomine cum peticione *Pezlini* dedit ad altare ſancte Marie predium predicti Viri & ancillam ſuam Chriſtinam cum filiabus ſuis ad cenſum V. Denariorum hiis nominibus Ellinburch, Willinquem, Alrum, Gerbuch.

Num. XC.

Quidam ſancti Zenonis Servus *Pabo de Vulenbach*, dedit potenti manu ancillam ſuam Gepam ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. XCI.

Hizo & Wazila cum omni progenie eorum debent cenſum V. Denariorum ad Altare ſancte Marie.

Num.

Num. XCII.

Certum tenemus, quod Soror noſtra *Gerbirch* allegavit in manus cujusdam Liberi nomine *Manegolt de Puoch Annam*, quam ex hereditate Matrisque ſue Traditione propriam habuit ancillam, ad Altare ſancte Marie tradendam hac ratione, ut ipſa cum prole ſua jus habeat, miniſtrorum. Hec res confirmata eſt preſente OTTONE, Advocato & MAHTHILDA Abbatiſſa.

Num. XCIII.

Chvnrat de Gagenbach tradidit ad Altare ſancte Marie in manus *OTTONIS advocati & Abbatiſſe MATHHILDE*, *Adalberonem* cum tribus filiis, quos tunc habuit, & cum progenie ſua futura ad cenſum V. denariorum.

Wezil dedit ad Altare ſancte Marie, poſt obitum ſuum ad cenſum V. denariorum.

Incipiunt Donationes Mancipiorum obligatorum ad cenſum ſancte Marie, ſanctique Zenonis, qui hic notati ſunt, cum Donationibus eorundem.

Num. XCIV.

Sophia traditione *Comitiſſe* ALHÆIDIS DE VOHBURCH *) dedit IIII. mancipia ſcilicet Rudger, Wernher, Mæhtilt,

D d

*) Mallem legere *Hohenburg*; nam Adelheidis de Bogen nupta erat ERNESTO Marchioni de *Hohenburg*. N. XXXVIII.

tilt, Hæilk, ad Altare ſancte Marie ad cenſum V.que denariorum per manus *Prepoſiti Wernhardi*, firmans illud Teſtimonio fidelium pro Teſtibus inductorum. *Liutolt de Ronewege* dedit ad Altare ſancte Marie unum mancipium ad cenſum V. denariorum.

Num. XCV.

Quidam nobilis *Ebo de Bingen* tradidit ad altare ſancte Marie ancillam nomine Vodelhilt ad V. denarios.

Num. XCVI.

Quidam nobilis *Gerolt de Bergen* dedit ad Altare ſancte Marie has feminas cum peticione ipſarum Luizen, Sitlwben ad cenſum V. denar.

Num. XCVII.

Wezil de Vmbelsdorf dedit ad Altare ſancte Marie Servum ſuum Guntfriden ad cenſum V. denar. in manus Eberhardi Advocati.

Num. XCVIII.

Quidam de Familia ſancti Zenonis *Diebolt de Mangoltsdorf* dedit per manus Hartwici prepoſiti ad Altare ſancteMarie ancillam ſuam nomine Berhtradam & filium ejusHæinricum ad cenſum V. denar.

Num.

Num. XCIX. Sub Abbatiſſa Richilde. An. 1151. De Traditione fundi in Prvnn.

Notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus tam futuris, quam preſentibus *Marchionem* DIETPOLDUM *Vohburgenſem* eccleſie ſancte Marie in *Giſenvelt*, ſuisque in uſum ſanctimonialibus fundum, qui dicitur *Brunnen*, irrefragabiliter delegaſſe, eo quidem tempore OTTONE *palatino Comite* ibidem Advocato, & *Riechilde* Abbatiſſa preſidente hec autem rogatu *Bertoldi de Schamhvobt* hominis liberi, & Poſſeſſoris legitimi, traditio facta eſſe commemoratur favente & conſentiente uxore ſua, que *Iringart* appellabatur. Hujus rei Teſtes ijdoneos pagine ſcriptis commendavimus eosque ſingulos ſingulis nominibus memoriter aſſignavimus. *Gebhart de Hettenburch*, *Vodalrich de Wald*, *Ambelbreht de Sehoven*, *Roho*, *Chunrat de Wœuenbach*, *Heinrich de Vohburg*, *Swiker de Vohburch*, & alii multi.

Num. C. De Traditione ejusdem predii ibidem.

Notum ſit quoque ibidem predium larga manu *prefate Abbatiſſe* emptum atque iniqua traditione & iniuſta poteſtate redempti communi conſilio in duas partes ab ea diviſum Sororibus ad uſum conſtitutum, majorem ſpecialiter, minorem communiter; & ſiquis hoc infringere preſumpſerit contra Dominum, ſpirituali communione privetur ab eo usque ad ſatisfactionem.

Num. CI. Item de alio quodam predio ibidem.

Baltwin de Biebelbach delegavit ibidem predium in manus *Arnoldi de Lvtenhuſen* in Fidem ſervandum *filio ſuo Libotoni* poſt hujus obitum *Vodelschalcho de Filzheim*, qui predicti *Baltwini matertere filius* eſt, poſt horum mortem *Libotonis* & *Vodelschalchi* in uſum Domus Dei. Hujus rei teſtes *Gerunch de Giebsdorf. Rvotpreht de Güzzenhoven. Reginhart de Ætelshuſen.* & alii *miniſteriales.*

Num. CII. De Traditione predii in Bvochenhoven.

Dvrinchart de Pvochenhoven delegavit ibidem predium in manus *Arnoldi de Lvtenhuſen* filiis ſuis *Hœrtwico & Heinrico* ea conditione ſi uxores ſibi ſumant in Familia Domus Dei ipſe H. quia Sociam ſuam accepit uxorem, partem ſuam poſſedit: *Heinrici* pars, quia alieno conjugio obligatus eſt, Domui Dei debetur. Hujus rei Teſtes ſunt *Vodalricus de Stein*, *Vodalricus de Tœigerting. Marchwart*, *Herrant de Hönheheim*, *Vodalricus de Chelheim. Ebron de Pvochenhoven*, *Sifrid de Helichenpach.*

Num. CIII. De Traditione Predii in Laber.

Fridericus de Laber delegavit in manum *Arnoldi de Levtenhovſen* predium aput *Laber* ſitum ea conditione, ut poſt obitum ſuum Eccleſia predicta quiete poſſideat, & hujus delegationis teſtes ſunt *Aschwinus & Vodalricus de Laber*, *Adalbertus de Günzenhofen.*

Num.

Num. CIV. De Traditione Predii aput Ronegen.

Irmingardis de Ronegen delegavit predium ſuum aput *Ronegen* ſitum in manus *Arnoldi de Engelhardsdorf*, & hoc tenore, ut poſt obitum *Rvodegeri cognati* predicta eccleſia quiete poſſideat.

Num. CV. De Traditione Hittenhoven.

Predium quoddam apud *Hittenhofen* ſitum delegavit *Engilmair de Fallehovbten* in manum *Arnoldi predicti* hac bona Fide ſervandum, ut poſt obitum *Henvici* (forte Heinrici) & *Hœrtwici* prefatum monaſterium quiete poſſideat. Si tamen predictorum Virorum liberi Predium apud *Hœide* ſitum Injuſti Heredes iniuſte ſibi vendicent.

Num. CVI. An. 1151.

Perhtoldus de Richershuſen dedit fratris ſui filio *Hermanno* predium quod habuit Baioaria cum queſitis & iniquirendis eo jure, quo ipſe poſſidebat. Quo *Hermanno* de functo, pater ejus *Adalbertus* ejusdem *Hermanni* filii ejus peticione tradidit ad Altare ſancte Marie *Giſenvelt* ad cenſum V. Denariorum Hecilam & filium ejus Rapotonem filiasque ejus Gebirgam Mahthildam, Itam, pro redemptione anime ſue & *uxoris ſue Livtkard.*

Hec Traditio facta eſt Mileſimo CLI. anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti preſidente papa INNOCENTIO Rome, & OTTONE Advocato Giſenvelt, & RICHILDE *Abbatiſſa.*

Num. CVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Erchenfrid de Schalheim* tradidit Servum ſuum Rudgerum ad altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. CVIII.

Irmingart & Filius ejus Hæinric & Soror ejus Hiltigart debent cenſum ſinguli dare ad Altare S. Marie V. Denariorum, & absque omni contradictione.

Num. CIX. De Gorsbach.

Hic notatur redditus quos habet cenobium in Gyſenvelt, in Auſtria.

NOTA. *ad calcem paginæ adſcriptum eſt, quod ſequitur Litteris quidem minoribus, ſed manu aut eadem, aut non niſi paululum juniore.*

Num. CX.

In *Gorsbach* de XIII. feodis quinque talenta minus XXX. denariis aut de quolibet feodo V. urnas vini & hoc eſt in voluntate Abbatiſſe. Item ibidem due hube ſolvunt X. ſolidos denariorum. Item ibidem habemus LX. denarios, qui vulgo appellantur, *ode pfenning*, quorum XX. cedunt Advocato. Item ibidem curia villicalis ſolvit quinque modios ſiliginis V. modios avene antique menſure. In ſecundo Anno IIII. modios ſiligenis V. modios avene, in tertio anno ſolvit, ut in primo anno V. modios ſiligenis. V. modios

dios avene & XII anſeres & XXIIII. pullos. Item ibidem unum feodum perſolvit tria vaſa, que debent impleri vino quod collectum fuerit in vineis de *Elspach* Item in *Elspach* novem vinee ſunt, quarum unam colit Abbatiſſa. Item ibidem perſolvunt X. urnas vini, quod vulgo dicitur *perchrecht.* Item ibidem curia villicalis ſolvit tres modios ſiliginis & avene, nove menſure, *des newenmazz.* Item ibidem huba & feoda ſolvunt tria talenta LX. denarios. Item ibidem de molendino XXX. denarios II. pullos. Item ibidem XI. aree dimidium talentum, & XI. denar:: Item ibidem de propriis agris unum talentum: Item ibidem unum feodum, duo vaſa que debent impleri cum vino quod collectum fuerit, ex vineis memoratis. Item in *Gleſsheim* due hube ſolvunt unum talentum. Item in *Aeberstorf* duo feoda ſolvunt XII. ſolidos, duos anſeres & pullos IIII. Item ibidem de molendino LX. denarios. Item in *Arpenshoven* agri qui dicuntur *Luſsen* IX. ſolidi pro jure agri & cultoris iſtius vinee, quam Abbatiſſa colit, dabit ſingulis annis dimidiam Libram & VI. urnas vini.

Num. CXI. De Beneficiis ſpiritualibus que confert Abbatiſſa in Giſenvelt.

Item ſciendum quod Abbatiſſa in Giſenvelt habet conferre Eccleſiam in *Giſenvelt*, Eccleſiam in *Gœimmershœim*, Eccleſiam in *Sandspach*, Eccleſiam in *Hege* cum villa in *Doerfel*, que ſimul & ſemel conferri debent; nam cuicunque dicta Eccleſia in *Hege* confertur, hic debet celebrare quartam ſeptimam totius anni in

Gi-

Giſenvelt. Et ſciendum, quod iſta tria beneficia videlicet Eccleſiam in *Giſenvelt*, Eccleſiam in *Hege* cum ebdomade, nec non ebdomadam ſecundam in Giſenvelt, Abbatiſſa non debet conferre ſine Conventus conſilio & conſenſu. Reliqua vero beneficia libera manu poteſt conferre, Eccleſiam in *Gœimershœim* videlicet, & Eccleſiam in *Sandspach*, & Eccleſiam in *Ævrenpach*, Eccleſiam in *Walchenspach*, Eccleſiam in *Guntramsried*, Eccleſiam in *Reichartshoven*, Eccleſiam in *Emsgaden*, cum filiabus pertinentibus ad eccleſias memoratas.

Num. CXII. De curiis & molèndinis.

Item notandum, quod molendina & curias villicarias Abbatiſſa habet inſtituere ac conferre ſimiliter & feoda & cetera alia libera manu; huobas vero prepoſiti cum voluntate & conſenſu Abbatiſſe debent inſtituere & conferre.

Num. CXIII. De Judicio Prepoſit[illegible]rum.

Item prepoſiti debent tenere Judicium in ſua prepoſitura, nec tamen quicquam magni in magnis caſibus debent facere ſine ſcitu & voluntate Abbatiſſe, & in omnibus jus & libertatem Abbatiſſe & Cenobio inviolabiliter conſervare, nihil amplius a ſubditis, quam ſtatuimus, & debitum exigendo.

Num. CXIV. Hic notantur denerarii oblaiales.

Ad curiam in *Menzenbach* quicunque de eadem curia diſceſſerit iſte relinquere tenetur, duo talenta Ratisbonenſia vel pecora valentia eosdem denarios vel pecus valens LXXII. Denarios ratis: computando ze Fronchoſt &c.

Num.

Num. CXV. De Predio Spanhof. circ. An. 1151.

Notum facimus omnibus Criſti fidelibus hanc pagellam intuentibus, quod RICHILD COMITISSA DE POGEN *) tradidit beate Marie dictum *Spanhof*, & duos manſos in *Atelhawſen*, ac *Berchtama Heydem*, & *Rachlem*, cum omnibus heredibus earum perpetue per manus *Ratholdi magiſtri Curie*. Teſtes *Vdilo*, *Grinbaldus*. *Tercho*, *Prandilinus*, *Adalbero*.

Num. CXVI. Sub Heilwige I. Abbatiſſa ante An. 1155.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Hœinricus de Gademen* miniſterialis homo ſancte Marie tradidit Servum ſuum Chvnradum ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum per manus OTTONIS *palatini Comitis* in manus HEILWIGE Abbatiſſe. Hujus rei Teſtes ſunt *Berhtolt*, *Adelpreht*, *Rvotpreht*, *Theolenarius*, & alii multi.

Num. CXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam *Baltwinus* nomine de *Stinne* tradidit ad Altare ſancte Marie in manus HEILWIGIS Abbatiſ-

*) An iſta Richildis, eadem fuerit cum Abbatiſſa Richilde, quod aliquando ſuſpicati fuimus, dubitare nunc licet; quoniam in Necrologio Windbergenſi V. Kal. Maij ponitur *Rilindis comitiſſa Soror noſtra*. Si enim monialem Geiſenfeldæ induiſſet, ex ſtylo hujus Necrologii diceretur *ex comitiſſa converſa*. Videtur ergo potius cum Sororibus S. Blaſii Windbergæ vixiſſe, tanquam fundatoris filia, *Heilwigis* abbatiſſæ Soror.

ſe, Gerwigen & Livkardim ſubſequente prole ad cenſum V. denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Marquardus de Stinne*, *Albertus* ibidem. *Wernherus Lvcko*, *Hœinricus prepoſitus*, & alii multi.

Num. CXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam homo de *Chvnisvelt* nomine *Hœinricus Schwz* tradidit ad aram ſanctæ Marie quendam nomine Hœinricum Goldnære. Hujus rei teſtes ſunt, *Hœinricus*, *Rœdœricus*, *Hœinricus de Geroltshuſen*, *Euchart de Wollintsa.* & alii multi.

Num. CXIX.

Notum ſit omnibus ſancte Eccleſie filiis preſentibus & futuris, quod miniſteriales ſancte Marie & ſancti Zenonis *Eberhardus & Willibirch*, *Hœinricus*, *Adlheit*, *Juta*, *Gerbirch*, *Volmar de Wolintsa* pro remedio animarum ſuarum ſuper Altare ſancti Zenonis dederunt duos Wemher, & Gebehart ad cenſum V. nummorum annuatim perſolvendum. Teſtes ſunt *Hœinricus de Lintha*, *Rupreht*, *Rupreht*, *magiſter Albreht de Metenbach*, & alii multi.

Num. CXX.

Mahthildis converſa dedit ad Altare ſancte Marie ancillam ſuam nomine Elliſam per manus *Rvoperti Magiſtri* preſente Abbatiſſa HEILWIGA ad cenſum V. denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Heinricus prepoſitus* frater ejus *Rvodeger*, *Dietmar* & alii multi.

Num.

Num. CXXI.

Idvnch, *Adelheit*, dederunt ad Altare ſancte Marie Servum ſuum Hæinricum. Hujus rei teſtes ſunt *Opreht*, *Rimpreht* ad cenſum V. denariorum.

Num. CXXII.

Notum ſit Univerſitati Chriſti fidelium, tam preſentium, quam futurorum, qualiter *Idungus & Irmengart* vxor ejus ſub *palatino OTTONE ſeniore* & HEILWIGE Abbatiſſa *Sorore BERTOLDI Comitis de POGENE & Wernhardo judice* interrogato ſuper hac re judicio, & dato à miniſterialibus eccleſie & reliqua familia, obtinuerunt filiis ſuis jus maternum, que cum omni Parentela ſua cenſum unius debet denarii. Hujus rei teſtes ſunt, *Rvbertus Thlonearius. Perhtolt & Dietmar* frater ejus, & alii multi.

*) *Heilwigen* iſtam ſanctimonialem in Monaſterio ſuperiore Ratisponæ induiſſe, indeque huc fuiſſe poſtulatam, præterea filiam fuiſſe *Alberti I.* comitis, clarum eſt è Necrologio Windbergenſi, ubi XVIII. Kal. Maij memoratur *Heilwic monialis in ſuperiore monaſterio, filia Alberti comitis fundatoris noſtri.* Inde autem corrigendus error, qui in Tabulam genealogicam comitum Bogenſium Vol. XII. horum Monumentorum pag. 22. inſertam irrepſit, ubi *Heilwigis II.* An. 1211. - 16. Geiſenfeldæ Abbatiſſa *Bertholdo III.* Soror tribuitur, quam nunc referendam conſtat ad *Bertholdum II.*

Num. CXXIII.

Notum ſit omnibus, quod *Otto Palatinus* dedit Geiſenfeldenſi Monaſterio duos de hominibus ſuis Baldwinum & Berhtoldum ſub tali titulo, ut iidem homines patris ſui conditione & jure perpetue fungantur.

Num. CXXIV.

Quidam Vir nomine *Wihil de Tingingen* dedit vnum mancipium nomine Reginpreht ad altare ſanćti Zenonis ad cenſum V. denariorum.

Num. CXXV.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam *Hartmannus de Vaeulenbach* ſub HEILWIGA Abbatiſſa ad cenſum VI. denariorum ad Altare ſanćte Marie V. tradidit pro remedio anime ſue quemdam Herbordum cum Liberis ſuis. Hujus rei teſtes ſunt. *Hœinricus de Werde. Herbœrtus* miles ejusdem, & alii multi.

Num. CXXVI.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod quidam *Grimoldus magiſter hoſpitalis* ſnb HALWIGA Abbatiſſa ad Altare ſanćte Marie tradidit pro remedio anime ſue, quemdam *Hartwicum*, & Matrem ejusdem *Giſilam* ad cenſum V. denariorum. Hujus rei teſtes ſunt *Rvotpertus de Giſenfeld*, *frater ejus Dietmarus*, *Peringer*, *Buzil*, *Peringerus Forſtmœiſter.*

Num.

Num. CXXVII.

Notum ſit Chriſti fidelibus quod quidam *Rvodolfus* cenſualis Eccleſie in Giſenveld liberam duxerit uxorem, que Liberos ſuos ſcilicet Purchardum & Chvnradum contulit huic eccleſie ad cenſum V. Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt. *Hœinricus prepoſitus*, *Rvobertus Thelonearius*, & frater ſui *Berthtoldus*, *Dietmarus*, & alii multi.

Num. CXXVIII.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod Chvnegunt, Mæhthilt, Adelheit, Heinric de Menching ad Altare ſancte Marie debent dare cenſum V. denariorum. Teſtes hujus *Albreht*, *Rvopreht*, *Heinric.*

Num. CXXIX.

Notum ſit omnibus, quod *Dominus Sifrit Æiterſtein* dedit ad Altare ſancte Marie in hora mortis ancillam, nomine Adelheit ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt, *Wezel*, Pater ejus *Albreht & Villicus de Sanspach.*

Num. CXXX.

Notum ſit omnibus, quod Alheidis cum ſuis poſteris attinent ad V. denarios ſolvendos ſingulis annis eccleſie Giſelveldenſi ex libere collatione ſui ipſius facta nullo contradicente. Teſtes ſunt: *Hœinric de Ride*, *Herbort de Hezlinsmvl & Idvnch de Nöting*, & alii multi.

Num. LXXXI.

Sciant omnes, quod quidam *Vlricus de Rorbach Cognomine Schafhusare* dedit ad aram ſancte Marie in Gisenvelt homines ſuos Chvnegundam & pueros ſuos cum omni poſteritate ſua ad cenſum V. denariorum. Hujus rei teſtes ſunt *Hermannus Telonearius*, *Eberhardus Carnifex*, *Dietmarus pilliator* & alii multi.

Num. CXXXII.

Notum ſit quod, quedam Hiltgart, Puchline, & filia ejus Hæilwich, Dietmar, Hæinrich, Pernger filii ejus tenentur ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum.

Num. CXXXIII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Otto de Werde* dedit *Chvnradum Sternel* ſancte Marie ad annualem cenſum V. Denarjorum. Hujus rei teſtes ſunt *Eberhart*, *Hœnſnœr*, *Idœr de Germerisheim*, *Smuch*, & alii multi.

Num. CXXXIV.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam vir nomine *Vodalrich de Rochershoven* abſolvit ſe de *Thelonearia Irmgarda*, & illa unanimi conſenſu conventus & miniſterialium dedit illum ſancte Marie ad cenſum V. Denarios. Hujus rei teſtes ſunt *Hœinric de Gadem. Otto Æitersheim. Chvnradus prepoſitus* & alii multi.

Num.

Num. CXXXV.

Bernhart de Moſpach dedit ad altare ſancti Zenonis Servum ſuum Pertholdum ad cenſum V. denar. preſente Abbatiſſa *Heilwiga*.

Num. CXXXVI.

Notum ſit omnibus, quod *Hœinricus & Ilſunch de Gœimershœim* ſub HAEILWIGA Abbatiſſa jus maternum obtinuerunt X. denariorum, Sorores vero ipſorum V. denariorum, ita, quod ad alium cenſum vel ſervicium quodlibet poſt ſolutionem cenſus predicti non debent compelli: Hujus rei Teſtes ſunt *Rvopertus magiſter curie*, *Frater ſuus Dietmarus*, *Albertus de Metenbach*, & alii multi.

Num. CXXXVII.

Notum ſit omnibus, quod quedam *nobilis Domina Gevtta* nomine tradidit ad Altare ſancte Marie quandam quam jure proprietatis tenebat *Agneſen* nomine, jus miniſterialium habituram preſente Domina Abbatiſſa HAEILWIGA. Teſtes hujus rei ſunt *Wernherus de Giebstorf*, *Hœrtwich de Lœtenhovſen*. *Albreht de Metenbach*. *Hœinric prepoſitus*, & alii multi.

Num. CXXXVIII.

Diemut de Crutenbach obtinuit filiis ſuis in perpetuum jus miniſteriale cum voluntate Domine HAEILWIGIS Abbatiſſe & Advocati Domini *OTTONIS Palatini*, & cum conſenſu miniſtrorum, aſtantibus *Gerungo* ſcilicet *de Gebstorf* & filio

filio ejus *Rvoperto de Chvzenhoven*, *Hœrtwico de Lvtenhuſen*. *Arnoldo de Vrſing*, & alii multi.

Num. CXXXIX.

Nota. Ad finem paginæ minori ſed cœvo charactere legitur. Hec ſunt Atteſtationes que pro *H. parochiano in Sandespach* dicte ſunt de *Capella in Laber* ad Eccleſiam in *Sandespach* jure filiationis pertinente. *Ch. Preſbiter* iuratus dixit, ſe vidiſſe, & audiſſe, quod in Solempni placito ad contradictionem *H. Rorenſis prepoſiti Berhtoldus parochianus de Sandispach* coram Domino *Ch. ratisponenſi Epiſcopo* per ſententiam obtinuerit, quod Capella in *Laber* pleno jure filiationis reſpiciat Eccleſiam in *Sandespach*, & quod idem B. tenuerit eandem Capellam in eodem jure, donec ad mortem ſuam & poſt hec Succeſſor ejus H. donec per injuſtam ſuam apoſteſionem *) fuit ejectus. *Albertus preſbiter* juratus dixit idem. *Burchardus Preſbiter* & addidit, quod eo ſciente prefatus B. vadens Jeroſolimam, matricem eccleſiam in *Sandespach* cum Capella *Laber* Titulo pignoris obligavit *Wi. Decano*, qui adhuc vivit, & ille per idem tam matrem, quam Capellam triennium habuerit. *Fridericus presbiter* juratus dixit idem *Volscaldus presbiter* iuratus idem adjecit, quod eodem tempore ipſe vicarius fuit ejusdem *B.* Parochiani. *Ch* presbiter iuratus dixit idem. *Rvobertvs miles* dixit, ſe vidiſſe, quod in Solempni placito ad contradictionem *H. Rorenſis prepoſiti* B. *parochianus de Sandispach* coram Domino C. *Ratisponenſi Epiſcopo* preſentibus ad-

*) Depoſſeſſionem, h. e. ſpoliationem.

advocatis utrarumque eccleſiarum per ſententiam obtinuit, quod Capella in *Laber* pleno jure filiationis reſpiciat, ad parochiam in *Sandispach*, *Dietmarus* miles iuratus dixit idem. *Albertus miles* iuratus dixit idem, & addidit quòd eandem Capellam predictus B. parochianus, & ejus Succeſſor H. tenuerit, donec per juſtam *) ſententiam H. parochianus a poſſeſſione ejectus fuerit. *Hœinricus miles* iuratus dixit idem & adiecit, quod in predicto Placito preſentes fuerint tam patroni, quam Advocati vtrarumque Eccleſiarum.

Num. CXL.

Brvta de *Vekkin* tradidit in manus HELWIGE Abbatiſſe, & Wernhardi prepoſiti Servum ſuum Goteschalchum ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum.

Num. CXLI.

Herman presbiter tradidit Servum ſuum Bernhardum per manus Ruotprehti ad Altare ſancte Marie preſente OTTONE *palatino Comite* & aſtante HEILWIGA Abbatiſſa V. Denariorum.

Num. CXLII.

Wirnt de Sigehartesdorf dedit per manus *Rvotperti de Chvzzenchouen* tria mancipia ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum preſente HEILWIGA Abbatiſſa & *Wernher* prepoſito.

*) Injuſtam.

Num. CXLIII.

Noverit universorum industria quod Dominus *Wernhardus presbiter* dedit ad altare sancte Marie IIII. mancipia Tagin & Ledung & Mergart & Tutam ea ratione, ut post obitum ejus censum V. Denariorum persolvant.

Num. CXLIV.

Diemvot de Chrutenpach dedit ad Altare sancte Marie Irmingardam & Eberhart, Gerolt, Gisilam Willipirch ad censum V. Denariorum.

Num. CXLV.

Harbe de Leupentsdorf tradidit ad Altare sancte Marie ad censum V. Denariorum ancillam suam Mahthildam.

Num. CXLVI.

Vodalrich & Soror ejus Mathild, filii Ottonis de Cela dederunt ancillam suam Gerbirgam habentem adhuc filiam suam Richildam in utero suo ad Altare sancte Marie utrasque ad censum V. Denariorum.

Num. CXLVII.

Notum sit omnibus qualiter *Luotgardis uxor Hvvonoldi de Ratispona* obtinuerunt jus ministeriale sibi & filiis suis coram *Advocato* OTTONE & coram Abbatissa HEILWICH.

Num.

Num. CXLVIII.

Noverint fideles quod *Vodalrich* miniſter ſancte Marie per manus *Sifridi de Wolfgartsdorf* delegavit preſente Abbatiſſa HEILWIGA ad Altare ſancte Marie ſervos ſuos Ortolf & fratrem ejus Heinricum ad cenſum V. Denariorum.

Num. CLXIX.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti tam futuris, quam preſentibus, quod *Heinrich de Keſchingen* peticione *Dietmaris de Giſenvelt*, eo quidem im tempore OTTONO *Palatino Comite*, ibidem Advocato, & HEILWIGA *Abbatiſſa* ibidem preſidente, undecim mancipia tradidit ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum poſt obitum *Dietmaris*. Nomina mancipiorum Gepa, & filii ejus, Jedunch, Hartman, Chvnrat, Wirat, & filii ejus Hiltigart.

Num. CL.

Notum ſit omnibus fidelibus, qualiter *Heinricus & Ilſunch de Gœimersheim* ſub HEILWIGA Abbatiſſa jus maternum obtinuerunt decem Denariorum, Sorores vero ipſorum *Willebirch*, & *Bertha*, jus quinque Denariorum obtinuerunt. Siquos vero pueros habuerint jus idem obtinebunt, nec ad alium cenſum ſive ſervicium compelli ſciatis.

Num. CLI.

Notum ſit omnibus, quod *Goteſchalch Clericus* tradidit ad aram ſancte Marie Servos & ancillas, quarum nomine ſunt, hec: Marquart, Sifrit, Volrich, Engildiech, Hæin-

rich Adelheit & filius ejus Perhtolt, Heilca & filius ejus, Wernhart, Alber, Irmingart, Berhta & filia ejus, Willibirch Vlrich.

Num. CLII.

Otto de Plinnechouen dedit ancillam ſuam Adelheit ſancte Marie preſente Abbatiſſa HEILWIGA ad cenſum V. Denariorum poſt obitum filie ſue *Willibirge*.

Num. CLIII.

Notum ſit omnibus ſancte religionis profeſſoribus, quod quedam *nobilis Domina Jvdta* nomine Geiſenveltenſis cenobij obligata ibidem Altari ſancte Marie quandam, quam jure proprietatis habuit, Agnetem nomine in jus miniſterialium cum omni prole ex ipſa habita & ventura feliciter contradidit. Et hec omnia ſuſcipiente & preſente Domina *Abbatiſſa Heilwiga* & *Advocato* ipſius Loci OTTONE ſciente, & conſentiente facta ſunt.

Num. CLIV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Hœrtwicus*, & filius ejus *Hœrtlibus*, & filie ejus due *Irmgardis* & *Mœhthildis* & Liberi illarum adtinent proprietati Giſenveldenſis Eccleſie.

Num. CLV.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod *Heinricus* & uxor ejus *Mœhthildis de Helchenbach* reſig-

ſignabant Abbatiſſe HEILWIGE de BOGEN, quedam mancipia ea conditione, ut eis viventibus nullum darent cenſum, nomina mancipiorum hec ſunt Hildegart, Ricel Chvnegunt Livoàart.

Num. CLVI.

Mæhthild & frater ejus *Wernherus de Tommingen* debent V. Denarios ad cenſum dare ſancte Marie.

Num. CLVII.

Notum ſit omnibus, quod *Heinricus de Hege* dedit ad Altare ſancti Zenonis unum mancipium Mæhthilt cum poſteris ſuis.

Num. CLVIII.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentibus, quod quedam mulier *Bertha* abſolvit ſe pro ſeptem ſiclis à quoquam Viro *Chvnrado de Vulnpach* quam ſibi ſub violentia ſubſidereat preſente Abbatiſſa HEILWIGA: & dedit ſe ad cenſum V. Denariorum ſancte Marie.

Num. CLIX.

Weinhart prepoſitus dedit nobis in *Pernpach* VI. ſiclas. RICHKART *Palatini mater* dedit nobis in *Sulzbach* ſeptuaginta denarios. *Heilwich Abbatiſſa* dedit nobis in *Suelinpach* unum Talentum, *Chuonradus Comes in RONIGE* dedit nobis in *Lvotirbach* dimidium. *Herman* dedit nobis *incelle* — & predium *Ronewegin* & *Rvotpaleigin* cum peticione *Richilde libere* mulieris. *Judita conuerſa* dedit no-

bis in *Gademe* XXX. denarios, *Mahthild de Metinpach* dedit nobis predium *Harde. Richilt Abbatiſſa* dedit nobis in *Vmboltsdorf* V. ſiclas, & in *Eſcilkhouen* V. PALATINUS ADUOCATUS noſter, dedit nobis unam Tabernam, in *Phaphinhouin* nouem ſiclas. *)

Num. CLX. Sub Abbatiſſa Eliſabeth circa An. 1190.

Omnium Chriſti fidelium memorie commendamus, qualiter mulier quedam *Hatewigis* nomine cum tributaria foret, & ad juſtitiam pertineret *Vodalrici prepoſiti*, ipſius conſenſu ſub tempore ELYSABET Abbatiſſe ſe cum filiis ſuis ab hujusmodi conditionis ſervitute redemit.

Num. CLXI.

Notum ſit omnibus, quod Abbatiſſa Domina *Elyſabeth* delegavit ancillam ſuam Richardam cum filiis ſuis in manus *Rahwini de Hezenhauſen* tradendam ad altare S. Marie, de cujus manibus accepit eam *Palatinus Comes OTTO*, & de-

*) Iſtud Inſtrumentum Manu ſec. XII. ut videtur ſcriptum, inſertum conſpicitur inſigni Pſalmorum libro, ſec. XI. haut recentiori, quo fundatorem, HEBERARDUM *Comitem*, familiariter vſum fuiſſe, domeſtica fert Traditio, vel inde probabilis, quod præter Pſalterium, cum litterali quadam, niſi nos Memoria fallat, expoſitione, ſymbolum Athanaſianum, & memorabiles Lytaniæ de omnibus Sanctis, ac preces in ejusdem calce contineantur.

Diſcimus inſuper ex hac Traditione, Vxori ECKARDI I. ex qua OTTONEM *ſeniorem palatinum Comitem* progenuit, *Richardis* Nomen fuiſſe, quod jam AVENTINUS prodiderat.

dedit eam per manus *Wolfſtriegel de Linekirchen* ad predictum altare S. Marie.

Num. CLXII. Sub Heilwige II. Abbatiſſa 1211.

Sciant omnes fideles tam poſteri quam preſentes, quod quedam mulier *Irngardis* nomine de *Mœntinchinger* potenti manu tradidit ad altare ſancte Marie in manus *Heilwigis* Abbatiſſe *Alheidem* cum filia Mæthildi ſubſequente prole ad cenſum V. denar. Hujus rei teſtes ſunt *Hœinrich de Gadme. Witliebus de Mettenpach. Diepoldus.* Hæc facta ſunt Anno ab Incarn. MCCXI. regnante OTTONE Imperatore IIII. Non. Febr.

Num. LXIII. De quodam Predio in Eſchilchoven.

Quidam *Vodalricus* de Familia ſancti Zenonis *de Eſchilchoven* per manus cujusdam *Adalberti* de eadem villa & de eadem familia pro remedio anime ſue, quoddam predium in villa eadem ſitum, ſcilicet *Eſchilchoven*, cum omnibus eidem predio adjacentibus ſilvis, pratis, paſcuis, cum queſitis & inqueſitis (tradidit) hoc tenore, quatinus ſanctimoniales ibidem Deo ſervientes quiete poſſiderent. Facta eſt autem hæc traditio in manus Abbatiſſe *Heilwice* in manus *Wernharndi*, Advocati vicem gerentes, Teſtibus autem per aurem tractis quorum hec ſunt nomina. *Hermannus de Ronweg*, *Wernhardus de Hœg*, *Chvonradus de Æichelperch*, *de Geiſenvelt Thelonarius Rvopertus*, & fratres ſui, & alii multi.

Num.

Num. CLXIV.

Chriſtiana de Razehoven delegavit bona fide in manum *Rvoberti de Geiſeuvelt* predium in *Hazhoven* ſitum, ut poſt terminum vite ſue *Eberhardi* prefatum monaſterium quiete poſſideat.

Num. CLXV. De Contradictione Predii in Pernpach.

Notum facimus omnibus in Chriſtum credentibus, qualiter *Wernhardus de Werde* per manum *Eberhardi de Huſen* delegavit ſuper Altare ſancte Marie & ſancti Zenonis predium quoddam aput *Pernpach*, hoc tenore, quatinus monialibus ibidem Deo ſervientibus oblatio, quam ſtatuerent, perſolveretur. Facta eſt autem delegatio preſente Abbatiſſa *Hœilwiga* & conſentientibus *Hœinrico* & *Rvedgero filiis* prefati *Wernhardi*, & *uxore* ejus *Mathilda*. Hujus vero Traditionis ſunt Teſtes per aures tracti. *Pilgerimus de Wolntsha*, *Eberhart de Huſen*, qui & delegator fuit. *Vto de Starcholtshoſen*, *Rvedgerus & frater ejus Hœinricus de Lintha*, *filii Wernhardi*, *Hœinricus & Rvodgerus*, & alii multi.

Num. CLXVI. De Traditione Curiarum Perhtherſtorf, & Grunoltshvſen.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus *Otto de Werde* dedit ſancte Marie, & ſancto Zenoni curiam *Perhthersdorf*, *& Grunoltshvſen*. Hujus rei Teſtes ſunt *Sifrit de Moshœim*, *Gebhart de Münſter*, *Gotfrit plebanus*, *Sifrit*

ſrit Sacerdos. Perhtolt de Parre & fratres, *Hœinrich*, *Vlrich*, *Hœinrich*, *Zolnœr.*

Num. CLXVII. An. 1211.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod ego HEILWIGIS *Geiſenveldenſis Abbatiſſa*, unanimi conſenſu Conventus, & miniſterialium, relaxavi cenſum quorundam mancipiorum hic ſubſcriptorum cum omni poſteritate ſua ad V. Denarios, *Irmingardem* cum tribus filiis ſuis *Volrico*, *Chvnrado*, *Wernhero*, & duabus filiabus *Hazaga*, *Gerdrude*. *Irmilam* cum tribus filiis ſuis *Heinrico*, *Vlrico*, & *Volrico*, & duabus filiabus *Alheidi* & *Livkardi*, Mahthildem cum filio ſuo Ydungo & duabus filiabus Alheidi & Irmingardi Anno ab Incarnatione Domini MCCXI. regnante Imperatore OTTONE IIII. Kalendas Februarij.

Num. CLXVIII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam, quod *Fridericus de Vrſing* filiam ſuam nomine Leuchardiam, quam ex matre libera generavit, non coactus, ſed ex pura & libera voluntate ſuper aram ſancte Marie in *Giſenvelt* ad V. Denarios tradidit ſingulis Annis in purificatione predicte ſancte Marie Virginis perſolvendos.

Num. CLXIX.

Udalricus & *Mœhthild* Soror ejus de *Cella* tradiderunt Ancillam ſuam Gerbirgam in manus HEILWIGE *Abbatiſſe* ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. CLXX.

Vzi tradidit ad Altare ſancte Marie per manus *Vodalrici* Servum ſuum nomine Wirirt ad cenſum V. Denariorum.

Num. CLXXI.

Diezza & Filii ejus *Hilſanch & Heinrich* debent dare cenſum V. Denariorum.

Num. CLXXII.

Hiltegart Soror Compoldi de Ouwe cum filiabus ſuis tribus Gepa, Adelheit, Willibirch, debent annuatim cenſum quinque Denariorum perſolvere, & quodquod hominis hujus poſteritatis ſupervenerint predictum cenſum perſolvant, quamdiu ſuo jure regitur Geiſenveldenſis Locus. Hoc definitum eſt, coram Domina *HEILWIGA Abbatiſſa.*

Num. CLXXIII.

Gotebalt de Haganbuoch dedit poſt obitum ſuum ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum mancipia VI. his nominibus Heberhart, Heinrich, Vodalrich, Adelheit, Rickkart, Gotelint.

Num. CLXXIV.

Hvgo Servus divi Zenonis petitione *Dietheri* Cognati ſui tradidit ad Altare ſancte Marie mancipium unum, nomine *Huc* ad cenſum V. Denariorum.

Num.

Num. CLXXV.

Quidam nomine *Chadalhart*, & *Huc* Servus ſancti Zenonis peticione fratris ſui *Dietmari Clerici* pro remedio anime tradiderunt ad Altare ſancte Marie Servum ſuum nomine Pernger & Mwzilinen, & Gepam cum progenie eorum ad cenſum V. Denariorum. Idem *Pernger* tradidit uxorem, tamen Ancillam ſuam *Diemovdem* & filium *Adalberonem*, ad idem Altare ad eundem cenſum.

Num. CLXXVI.

Giſila Filia Perngeri, *uxor Heinrici*, debet annuatim perſolvere cenſum V. Denariorum, & quidquid muliebris ſexus fuerit, aut ex ipſa ſupervenerit, perfatum debitum perſolvant. Quidquid vero maſculini ſexus fuerit, aut ex ipſa deinceps per Genealogiam ſuccreverit, cenſum decem denariorum perſolvant ad uſum Domine Abbatiſſe.

Num. CLXXVII.

Adalhart de Rieda tradidit ad Altare ſancte Marie Servum ſuum nomine Gebolf ad cenſum V. Denariorum.

Num. CLXXVIII.

Mœhthild de Luemannesdorf tradidit ad Altare ſancte Marie cum conſenſu Mariti ſui nomine *Huc* Servum ſuum nomine Heriolt poſt obitum ſuum ad cenſum V. Denariorum.

Num. CLXXIX.

Sinzo & Willibirch tradiderunt filios ſuos Wazel & Pezelen ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. CLXXX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod quidam *Clericus Wolframmus* nomine de loco, qui dicitur *Rvotolteshuſen* tradidit V. mancipia, quorum nomina ſunt Dietpolt, iterum Dietpolt, Adalbero, Winther, Adelheit ad Altare ſancte Marie pro remedio anme ſue ut ad predictum Altare omni anno cenſum ſolvant V. Denariorum, quod ut ita ratum permaneat & inconuul. ſum . . . .

Num. CLXXXI.

Quedam *Wazila* ancillam *Berhtam de Wilenbach* ad predictum Altare per ſingulos annos ſolvat cenſum V. denariorum.

Num. CLXXXII.

Soror noſtra Irmingart traditione fratris ſui propriam habuit ancillam *Helmpurgam*, quam tradidit ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum.

Num. CLXXXIII.

Quedam *Libera* nomine *Amza* dedit ſe ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. denariorum cum *filio ſuo Wolframmo*, & cum filiabus ſuis *Gnanna & Pertha*.

Num.

Num. CLXXXIV. An. 1216.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod ego HÆILWICIS Giſen: Eccleſie Abbatiſſa unanimi conſenſu Conventus & miniſterialium relaxavi cenſum quorundam mancipiorum hic ſubſcriptorum cum omni poſteritate ſua ad V. denarios Irmgardim cum tribus filiis ſuis Volric Ch. Wernhero & II. bus filiabus Alheidi & Livkardi, Mæhthildim cum filio ſuo Ydungo & filiabus duabus Alheidi & Irmgardi. Hujus rei Teſtes ſunt *Ch. Gerungus de Giebrſtorf*, *Hœinric de Gadme* & alii multi. Hec acta ſunt anno ab Incarnatione Domini MCCXVI. regnante Ottone Imperatore IIII. Kalend. Februarii.

Num. CLXXXV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quedam *Domina Kvnigundis* nomine tradidit ad Altare ſancte Marie, & ſancti Zenonis quendam Servum Fridericum tali Conditione, ut annuatim in purificatione ſancte Marie ſolveret ad cenſum V. denarios. Hujus rei teſtes ſunt *Chvnradus de Ried*, *Wernherus Lvcko*, & alii multi.

Num. CLXXXVI.

Homo quidam nobilis ſcilicet *liber Hœinrich de Tegerenbach Tuotam* propriam ſuam, & filiam ejus *Benedictam* in manum *Baldewini liberi homines* ea conditione delegavit, ut & eam ſimul & filiam ad cenobium Giſenvelt delegarent jus miniſterialium inibi habendum. Item Baldewin preſente Abbatiſſa HÆLWIGA & pluribus Chriſti fidelibus audientibus

ſuper Altare ſancte Marie delegavit jus miniſterialium prefatam neç non illius poſteritatem amplius habituram. Sub hiis Teſtibus. *Uto de Starcholtshoven* & Delægator, *Baldewin*, *Hœinricus prepoſitus de Æichelberch*, & aliis multis.

Num. CLXXXVII.

Mœhthilt de Metenbach homines ſuos proprios Megenhart & Fridericum fratrem ſuum, & Werenburgam, & filios ſuos tres Chvnradum, Sibotonem, & Hellenbertum, Perchtolt, & uxor ejus Herrat de Zelle, Vodalricum hominem ſuum proprium ad Altare ſancte Marie Geiſenvelt ad cenſum V. denariorum dederunt. Harum ambarum cauſarum prædictarum teſtes ſubnotammus. *Hœinrich*, *prepoſitus Rvotpreht magiſter & frater ſuus*, *Dietmar*, & aliis multis.

Num. CLXXXVIII.

Omnium fidelium Chriſti memorie notifacimus, qualiter quedam *Richze de Vevlenpach* cum propria foret cujusdam *Erneſtonis de Halande*, bonis ſuis ab predicto homine, nec non filiis duobus ejusdem *Chvnrado & Eccerico*, talento uno ſe à proprietate illorum liberavit: idem *Ekkericus* eandem *Richzam* in manum *Wicmanni de Langenbrueche* liberam delegavit, ſimul & filii prædicti conſentientes tali conditione, ut ad quem locum ſe vellet conferre, delegator ſuus Wicmannus ad hoc devotus annueret, eadem deinde mulier petivit delegari ad Altare ſancte Marie Giſenvelt annuatim cenſum V. Denariorum vita incolumi perſolvere. Coram Abbatiſſa HEILWIGA & preſente Advocato

OT-

OTTONE *juniore palatino.* Hujus rei Teſtes ſunt *Voto de Starcholtshouen, Marquart de Stucheringen, Hœinrich prepoſitus de Æichelberch.*

Num. CLXXXIX.

Juditta converſa ad altare ſancte Marie famulam ſuam Bertham & ipſius filiam Willibirgam & omnem poſteritatem illarum, ejusdem rei teſtes *Rvopreth magiſter. Adebreht de Metenbach. Jeduuch*, & alii multi.

Num. CXC.

OTTO *Junior* Comes de Schieren tradidit ad altare ſancte Marie miniſterialem feminam nomine *Mathildam*, eodem Jure miniſtrorum, quo ipſe hanc tenuit.

Num. CXCI. Sub Abbatiſſa Sophia. Anno 1223.-46.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod venerabilis Abbatiſſa de Geiſenvelt dicta SOPHIA *Alhaidem de Pirchencelle* prius XXX. denarios ſingulis annis jure cenſuali de perſona ſua ſolventem cum omni poſteritate ſua ſancte Marie in Geiſenvelt dotavit, ita quod ſingulis annis V. ipſa & omnis ipſius progenies ab ipſa origine trahens in purificatione ſancte Marie perſolvat. Acta ſunt hec preſente Conventu & *Lucone & Magiſtro curie, & Vlrico Granatore. H. Precone.*, & aliis multis.

Num. CXCII.

Noſcat omnium fidelium tam preſentium, quam futurorum induſtria, quod quidam de *Memichingen*, horum nomi-

na,

na, Hæinrich, Wernher, WernherVlrich, Alheit, Chonrat in purificatione, beate Virginis ſe ad annualem cenſum V. denariorum tradiderunt.

Num. CXCIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Chvnradus Zorn* & ſua Soror *Gedrut* obtulerunt ſe Altari ſancte Marie in Giſenvelt ad cenſum V. denariorum.

Num. CXCIV. Sub Sophia Abbatiſſa circa A. 1223.

Notum ſit cunctis preſentem paginam inſpecturis, quod Dominus *Bertholdus de Ilmendorf, & Frater ſuus Eberhardus*, ſimul *matre* ipſorum nomine *Agnes*, *& filiabus ſuis Chunigunde & Richkarde* preſentibus & conſentientibus, *Hainricum Churcman*, qui jure proprietatis ipſos *Recht ſervitutis* reſpexit, propter Donationem trium talentorum ſuper Altare ſancte Marie in *Gyſenvelt* preſente *SOPHIA Abbatiſſa*, & Conventu ejusdem eccleſie libere delegaverunt ita, ut in die Purificationis ſancte Marie V. Denarios perſolvat. ne autem ſuper hoc facto aliqua poſſit aut valeat ſuboriri dubitatio preſentem paginam inde conſcripſimus nominibus teſtium ſubdiſtinctis *H. decanus in Gyſenvelt*, *C. de Veulenbach & frater ſuus Wernherus der Vorſtmaiſter. C. Rieder*, *Rupertus Vorſtmaiſter. H. & Ch. filij Eberhardi de Metenpach. Per. Mortzvoler de Superiori Lavterpach*, *H. de Greimoltshvſen*, *H. Preco*, *C. Villicus de Parleiten*, *Rudigerus & Socius ejus Diedolt.* nemorarij de *awe. H. Swaiger de Havſen. C. Dampnom de Ilmerdorf*, *H. Engeldich de Ilmerdorf*, *C. Pirchenhar-*

harter, *Albertus* molendinarius de *Heizleinsmül*, *Herbert* de eadem villa, & alij quam plures.

Num. CXCV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, hanc Zedulam inſpecturis, quod quidam *miles Chunradus* nomine *de Chirchtorf* renuntiavit omni juri, quod habuit in quodam nomine Wernhero pro XII. ſolidis ab ipſo receptis, atque delegavit eundem pro ſua peticione ad Altare ſancte Marie perpetue Virginis preſente Domina SOPHIA Abbatiſſa, & *Domina A. Sacriſta*, ut annuatim perſolvat cenſum V. Denariorum.

Num. CXCVI.

Notum ſit omnibus fidelibus preſentem paginam inſpecturis, quod Dominus *Hœinricus de Nariholdecholuen* eo tempore, quo graviter vulneratus erat, dedit ad Altare ſancte Marie preſente Domina SOPHIA, *Abbatiſſa* Dominum *Heinricum de Owe* & fratrem ejus *Ottonem & uxorem Domini Heinrici* nomine *Benedictam* & filios Sororum predictorum militum ea ratione, ut poſt obitum ſuum ſancte Marie deſervirent ex fide & jure quo eidem ſervierant.

Num. CXCVII. An. 1233.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam poſteris, quod Dominus *Wernherus Luocho* pro remedio anime ſue ancillam ſuam Mæthhildem cum ſubſequente prole ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt contradidit ſine

omni humana contradictione in manus Domine SOPHIE *Abbatisse* ad annualem censum quinque Denariorum in die Purificationis sancte Marie, & glorioſe Virginis. Acta sunt hec anno Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo XXXIII.

Num. CXCVIII.

Rvodolf, *Sibot*, *Vodelrich*, *Sigmar*, *Mahthilt*, dederunt Servum ſuum Piſcatorem Guntfriden ad Altare ſancte Marie pro remedio animarum patris & matris eorum ad cenſum V. Denariorum.

Num. CXCIX.

Bertha condictione Matris ſue *Adalburge* tradidit ſe ipſam cum omnibus poſteris ſue ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. CC.

Notum ſit omnibus fidelibus preſentem paginam inſpecturis, quod quedam libera femina *de Gademe* nomine *Giſela*, cum IIII. filiis ſuis nomine *Meinhardo*, *Hœinrico*, *Rvodgero*, *Alberto*, & cum duabus filiabus ſuis *Giſila*, *Alheide* ſub Domina ABBATISSA SOPHIA tradiderunt ſe voluntarie nullo contradicente ad Altare ſancte Marie ſub tali forma ut annuatim ſolvant V. denarios. Hujus rei teſtes ſunt *Heinricus Decanus*, *Rvopertus de Winden*, *Heinricus*, *Caupo* & alii multi.

Num.

Num. CCI.

Notum ſit quod *Schaffhuſære de Rorpach* tradidit ad Altare ſancte Marie feminam ac cenſum V. Denariorum annuatim. Hujus rei teſtes ſunt plurimi.

Num. CCII.

Notum ſit, quod *Vlricus* dictus *Veiſt* & uxor ſua cum pueris ſuis ad Altare ſancte Marie pertinent annuatim ad V. Denarios ibidem cenſualiter ſolvendos.

Num. CCIII.

Notum ſit tam preſentibus, quam futuris, quod *Liebhardus filius Domini Chvnradi de Fevlnbach* homines ſubnotatos, qui jure proprietatis ſibi attinebant ad cenſum V. Denariorum in purificatione ſancte Marie Virginis omni anno ſolvendum libere, & ſine omni contradictione ſancte Marie in *Giſenvelt* ſuper Altare contradidit & donavit. Hii ſunt homines Bertha uxor Reiwini, Bertha nepos Hartliebi, Mæhthilt leproſa de Chirchtorf ad cenſum V. Denariorum.

Num. CCIV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus hanc zedulam inſpecturis, quod quedam mulier *Alheidis* nomine cum filio ſuo dicto *Hœinricus* & ceteris conſanquineis ſuis *Alheide, Mœhthildi* cum ſubſequente prole contradiderunt ſe voluntarie ſine omnium contradictione ad Altare ſancte Marie coram Domina SOPHIA *Abbatiſſa* ſub tali forma, quod annuatim

ex his decem hominibus ſolvant cenſum V. Denarios. Hujus rei Teſtes ſunt *Dominus Wernherus de Fvlenpach*, & alii multi.

Num. CCV.

Notum ſit omnibus, quod *Alheidis in Luheim* dedit ad Altare ſancte Marie Wernher & fratrem ejus Dietmar. Hujus rei ſunt Teſtes *Rudolf Decanus. Harttrat. Rvopreht von Winden* & alii multi.

Num. CCVI.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod *Hœinricus Filkiarii* dedit *Hœinricum Stuzen* ad Altare ſancte Marie cum voluntate omnium auunculorum. Hujus rei Teſtes ſunt, *Gotfrid plebanus*, *Dietrich*, *Zollnær*, *Chvnrad*, & multi alii.

Num. CCVII.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod *Alheit de Leupoltzhouen* ſe dedit ad Altare ſancte Marie ſub cenſu V. Denariorum, & cum ea Perhtoldus. Teſtis eſt *Hœinricus*, *Vlricus*, *Fridericus*.

Num. CCVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus *Berhtoldus de Vevlenpach* & fratres ejus reſignaverunt, quendam virum *de Huſen* nomine *Chvnradum* ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt preſente Abbatiſſa SOPHIA ad cenſum V. Denariorum. Hujus rei teſtes ſunt *Hœinricus de Sigharts-*

hartscelle. Chvnradus de Parliten, Licho, Hœinricus Camerarius & alii multi.

Num. CCIX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum intuentibus vel audientibus, quod *Echardus de Manchin* Sibranus reſignavit Gyſenveldenſi Eccleſie ad Altare ſummum ſancte Marie Servum quemdam *Ernsgadem* nomine *Arnoldum*, qui proprietate juris ſibi attinebat ita ut cenſum ſcilicet V. Denarios poneret ad predictum Altare annuatim in purificatione beate Virginis. Hujus rei teſtes ſunt *Dominus Wernherus de Veulenpach, Wernherus Lucho de Gaden, Pilgrimus*, & alii multi.

Num. CCX.

Notum ſit omnibus, tam legentibus, quâm audientibus, quod quidam *miles* de Gæimershæim nomine *Lugel*, quosdam homines ſcilicet *Volricum* & uxorem ejus *Irngardem* & filiam ejus *Alheidem* cum omnibus poſteritatibus ſuis Eccleſie ſancte Marie in Gyſenvelt tali conditione aſſignavit, ut ſingulis annis ſinguli V. Denarios pro cenſu perſolvunt. Hoc autem factum eſt filiis predicti militis non contradicentibus ſed pie conſentientibus. Teſtes ſunt. *Rvdgerus, Hœinricus Cognomine Chnvttel, Merbo*, & alii multi.

Num. CCXI.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod Dominus *Chvnradus de Scnœithart* & fratres ſui *Levt-*

win, *Vlricus*, *Ernſtus*, *Hœinricus* tradiderunt voluntarie ad Altare ſancte Marie homines, quos jure proprietatis poſſederat cum ſequente prole ſua ad cenſum V. Denariorum. Et hec ſunt nomina hominum predictorum Hærwich Heinrich Eberbin, Hæinric, Herman, Hilperich Berhta, Adelhæit, Mæhthilt, Bertha, Wernherus Lucko, Albertus, Hovemæiſter Fridericus filius ſuus, & alii multi.

Num. CCXII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Domina SOPHIA Abbatiſſa tradidit filium Perhtoldi qui cognominatur *Stubhan* à prepoſitura demptum ad Altare ſancte Marie Giſenvelt. Similiter *A: Sanctimonialis de Fronberge* tradidit *Eufemiam uxorem prefati Hœinrici* ad Altare ſancte Marie cum proſequente prole ad perſolvendum cenſum annuatim V. denariorum. Hujus rei teſtes ſunt *Wernherus Lucko. Wernherus de Veulenbach*, & frater *Chvnradus*, & alii multi.

Num. CCXIII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris quod quidam *Wernhardus de Tvrheim* pro remedio anime ſue ancillam ſuam Mæhthildim cùm ſubſequente prole ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt contradidit in manus Domine SOPHIE Abbatiſſe ad annualem cenſum quinque nummorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Wernherus Lvkko. Chvnradus Decanus. Chvnradus Sacerdos. Hœinrich Gadmær*, & alii multi.

Num.

Num. CCXIV.

Idvnch Hæinrich Wichman Otto Mæhthilt Richiza Hilterat & filii eorum abſolverunt ſe *à Wernhero Lvtchin* de Abbatiſſa SOPHIA & illa vnanimi conſenſu Conventus, *A. Advocati*, & miniſterialium dedit eos ſancte Marie ad cenſum V. denarios ſubſequenti proli. Hujus rei Teſtes ſunt *Chvnrad de Ried*, *Wernher*, *Lvchi*, *Wernher de Vœulenpach*, & alii multi.

Num. CCXV.

H*adwich* & filii ejus *Fridericus*, *Dahſs*, *Rvdgerus*, *Perhta* cum filiis ſuis *Mæhthilt* cum filiis ſuis *Hiltegunt* abſolverunt ſe ab *Arnoldo* & fratre ſuo, & Abbatiſſa SOPHIA dedit ſancte Marie ad cenſum V. denariorum unanimi conſenſu Conventus & miniſterialium ſubſequente prole. Hujus rei Teſtes ſunt *Chvnradus de Riede*, *Hœinricus de Gaden*, *Albreht Dapifer*, & alii multi.

Num. CCXVI.

Quidam Servus nomine Arnoldus abſolvit de Abbatiſſa SOPHIA & vnanimi conſenſu Conventus & miniſterialium dedit eum ſancte Marie ad cenſum V. denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt. *Hœinric*, *Wernher*, *Lucki*, *Perhtolt*, preco, & alii multi.

Num. CCXVII.

Quid miniſterialis Eccleſie noſtre *Hœinricus de Gadim* reſignavit Servum ſuum eccleſie nomine Gotfridum annua-

nuatim cenſum perſolvendum V. denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Hœinric Pawer H. Helichenbechus*, *Arnold Vogel*, & alii.

Num. CCXVIII.

Wolfger de Hege dedit Servum ſuum eccleſie in Giſenvelt ad cenſum V. denariorum perſolvendum.

Num. CCXIX.

Notum ſit omnibus, quod quidam vir nomine *Hœrtwich de Walthershouen* obtulerit ſe ſancte Marie ad cenſum V. denariorum.

Num. CCXX.

Domina Abbatiſſa SOPHIA dedit Ulricum ſancte Marie in Giſenvelt ad cenſum V. denariorum annis ſingulis perſolvendum. Teſtes ſunt *Hœinric Decanus*, *Rvoperto milite de Gadem*, filii Magiſtri curie ſcilicet *Albertus & Fridericus*, & alii.

Num. CCXXI.

Quedam mulier nomine *Alheit de Vrſing* obtulit ſe libere ſancte Marie ad cenſum V. denariorum annis ſingulis perſolvendum.

Num. CCXXII.

Notum ſit omnibus, quod quidam *Wernhardus de Torhœim* tradidit ancillam ſuam Mæhthildem ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt, cum omni prole ſua per manus Abbatiſſe SOPHIÆ ad cenſum V. denariorum. Teſtes ſunt *Wern-*

herus

herus Lvcko. Ch. Decnus, Hœinric Gadmœr, Wernherus de Vulenbach & Ch. Frater ejus, & alii multi.

Num. CCXXIII.

Item notandum, quod Domina SOPHIA Irngardim melendinatricem de *Hœzleinsmul* cum tribus filiis ſuis Lompoldo Ch. Hœinrico & filia Lwpolch dicta, qui erant ad prepoſituram in Giſenvelt ad cenſum XXX. denariorum annis ſingulis obligati, liberos a tali cenſu redidit ipſos cum omnibus poſteris ſuis ſuper Altare tradens, ut ſingulis annis unusquisque ipſorum cenſum V. denariorum perſolvat. Teſtes hujus ſunt *Hœinricus prepoſitus. Vlricus Granator, Wernherus magiſter curie* & alii multi.

Num. CCXXIV.

Notum ſit omnibus, quod quidam miles nomine *Ch. de Chirchdorf* renuntiavit omni juri quod habebat in quodam nomine *Wernhero* pro XII. ſolidis ab ipſo receptis & tradidit eum ſua peticione ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum annis ſingulis perſolvende preſente SOPHIA Abbatiſſa. Teſtes hujus ſunt *Vlric Canonicus, Eberhardus, Hermannus Thelonearius, Albertus magiſter curie.*

Num. CCXXV. Sub Abbatiſſa Sophia An.

Notum ſit omnibus Chriſtianis hanc ſeriem literum (literarum) inſpecturis, quod quidam plebanus Giſenveld. eccleſiæ nomine *Wernherus* obligaverit decimam eccleſie ſue in *Mettenpach* pro quinque libris, & factum eſt hoc favente Abba-

tiſſa SOPHIA & univerſo collegio Giſen: eccleſie. Quedam ſacriſta *Alheidis* nomine beate memorie ſolvit eandem decimam pro prenominato argento, hac conditione, ut duceretur in conſuetudinem, quod deinceps celebretur miſſa priorante primam de ſancta Trinitate. Et hoc confirmatum eſt preſente Abbatiſſa predicta & univerſo collegio ejusdem Eccleſie, ita videlicet, ut in ebdomada celebretur bis officium beate Virginis Marie. Hujus rei Teſtes ſunt *Wernherus Lucko Ch. de Emphinpach*, *Albertus Dapifer*, & alii multi. Inſuper ab adventu Domini usque ad octavam Pentecoſtes debet idem plebanus atque ejus Succeſſores omni ſeptimana feriarum tercia, aut feriarum V.ta celebrare miſſam devotè in honore beati Zenonis Confeſſoris atque Pontificis. Quodſi hoc pactum Plebanus vel Succeſſores ſui ſine licentia Conventus negligere preſumpſerit, in die Iudicij eorum Judice univerſali beato Zenoni rationem reddant.

Num. CCXXVI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam intuentibus, quod *Gerungus de Gibesdorf* hos homines reſignavit eccleſie Giſen: ita ut quivis eorum in purificatione ſancte Marie det V. Denarios ad cenſum. Hec ſunt nomina eorum Heinricus Fridericus Gerbirch cum pueris ſuis, & alii multi, hujus rei Teſtes ſunt *Hœinricus Sacerdos Ch. de Ried Lucko*, *Wernherus*, & alii multi.

Num.

Num. CCXXVII.

Dominus *Otto de Kvngisvelt* dedit ad cenſum V. denariorum Wernherum.

Num. CCXXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus hoc ſcriptum intuentibus quod *Abbas ſancti Emmerani* nomine *Pertholdus* cum conſenſu Conventus predicti monaſterii dedit famulam unam de *Heglindorf* nomine Alheidis cum filiis & filiabus ſuis ſancte Marie & ſancto Zenoni Patronis Giſen. eccleſie, & hoc factum eſt preſente & conſentiente *Sophia* Abbatiſſa ejusdem Eccleſie, ita videlicet, ut annuatim perſolverent cenſum V. denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Wernherus Lucko prepoſitus* jam dicte eccleſie. *Wernhardus Sacerdos*, & alii multi.

Num. CCXXIX.

Notum ſit omnibus preſentem paginam intuentibus, quod Rihza Cognomine paterannina cum filia ſua Mahthildi & Sorore ſua Diemovdi nec non fratre ſuo Hæinrico tradiderunt ſe ſine omni hominum contradictione ad Altare ſancte Marie cum ſubſequenti Geniola (Geneologia) ſua ad cenſum V. Denariorum in die purificationis perſolvendum. Hujus rei teſtes ſunt *Hartradus Plebanus de Gœimershœim*, *Fridericus magiſter curie*, *Marquart* preco.

Num. CCXXX.

Notum ſit tam legentibus quam audientibus, quod quidam miniſterialis hujus eccleſie Geiſenfeldenſis nomine *Wernherus* cognomine autem *Lucko* ancillam ſuam Mæhtildem ſequenti prole ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt ad cenſum V. Denariorum ſingulis annis perſolvendum preſente Abbatiſſa SOPHIA delegavit. Hujus rei teſtes ſunt *Volricus Granator*, *Dominus Albertus der Hofmeiſter*, *Hœinricus* preco, & alii multi.

Num. CCXXXI.

Quemadmodum homines moriuntur ita & tempora labuntur, ideo neceſſe eſt, ut omnia negotia cartis adſcribuntur. Ideo notum facimus omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam intuentibus, quod quidam de *Phafinnhoven* nomine *Chvnradus de Vevlenpach* cui proprietate attinebat duo Talenta, quod cum reſignavit huic eccleſie, & hoc factum eſt preſidente eidem Eccleſie SOPHIA Abbatiſſa, ita videlicet, ut annuatim in purificatione beate Marie Virginis. Hujus rei teſtes ſunt, *Otto de Pfafinchoven W. Lucko. Hœinricus Cellarius. Dominus Wernherus cum Perhtholdo & Ch. fratribus de Vevlenpach*, & alii multi.

Num. CCXXXII.

Notum ſit omnibus, quod Dominus *Perhtoldus de Ilmardorf & frater ſuus Eberhardus* cum *matre ipſorum Agnete & filiabus ſuis Kunegunde & Richkarde* dederunt Hœinricum Churtzman pro tribus talentis ad Altare ſancte Marie

ad

ad cenſum V. Denariorum ſub SOPHIA Abbatiſſa. Teſtes hujus ſunt *H. Decanus Ch. de Vevlenpach & Werner frater ſuus*, & alii.

Num. CCXXXIII. An. 1246.

Notum cupimus fieri cunctis fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod nos SOPHIA Dei gracia Abbatiſſa de Giſenfelt *Mæhthildem* cuidam *Chvnrado de Gvdihenhauſen* prepoſiture noſtre ad cenſum triginta Denariorum attinentem ſuper aram ſancte Marie cum tribus filiis dictis *Heinrich*, *Chvnrat*, *Wernhart* & cum filia nuncupata *Heilka* libere dedimus & ablolute, ita ut unusquisque ipſorum cum poteſtate ſingulis annis in die purificationis beate Marie Virgini in perſolvendis quinque Denarijs ſit obligatus. Acta ſunt hec Anno Incarnationis Domini MCCXLVI. Decimo ijdus Maij.

Num. CCXXXIV.

Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod Domina Abbatiſſa nomine SOPHIA *Rudigerum* Molendinatorem, ſimul cum uxore & Richildi & Alheidi & Iringardi Mahthild, Ulrich, Hæinrich, Perhtolt, & cum omni progenie, que de prefatis hominibus libertati condidit ita ut unusquisque ipſorum cum poſteritate ſua ſingulis annis in die purificationis beate Marie Virginis in perſolvendis V. den. ſit obligatus.

Num. CCXXXV. Sub Agnete Abbatiſſa An. 1249-57.

Notum ſit omnibus prelentem inſpecturis, quod venerabilis *AGNESA Abbatiſſa* in Giſenvelt liberavit *Arnoldum*

filium Zotline & Vlricum fratrem ſuum & Sororem ſuam Alheidem, Dietricum nepotem ſuum, Jevtam attinentem ſibi conſanguinitate dictam de *Holzlevten*, Geroldum filium ejus *Jevte* vna cum aliis ſuis, nec non Succeſſoribus ſuis de cenſu V. Denariorum, ea quippe ratione, Mæhthildem Gvmboltinnam & filiam ſuam Willibirgim pariter cum omnibus qui à dictis hominibus naſcentur ita quod ad Altare ſancte Marie offerant V. Denarios annuatim. Hujus rei Teſtes ſunt *Otto preco. Heinricus Stvbhann, Hœinricus de Langenbruk. Domina Jevta Sacriſta de Menindorf* dicto. *Ottilia celeraria. Hœinricus junior Stubhan.*

Num. CCXXXVI. 1249.

Nos *OTTO Palatinus Rheni, Dux Bavvarie* notum facimus omnibus, quod nos propter Deum precipue, ejusque Genetricis Marie perpetue Virginis, nec non ad inſtantiam dilecte *conſanquinee noſtre AGNETIS* Abbatiſſe in Gyſenvelt, ſimulque dilecti fidelis noſtri *Ebrani de Lauterbach* libera manu tradimus cenobio Geiſenveldenſi *Otiliam filiam Per. de Ortte* nec non *Heilivigem*, quam duxit *Chvnradus de Engelkarstorf*, tali jure, ut tam ipſa, quam ſui heredes ius miniſterialium habeant in Eccleſia ſupradicta. Teſtes ſunt *Ebranus de Lauterbach, Andorfœrius Liebhardus de Altorf. Hœinricus de Ortte. Rupertus de Winden. Hainricus magiſter curie. Eberhardus de Langenbruk. Perhtoldus de Vœvlenbach*, & alii multi. Actum Anno Domini MCCXLIX. VI. idus Septembris in *Landshvot* preſentibus multis viris honorabilibus fide dignis.

Num.

Num. CCXXXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Hainricus Leder* dedit Sophiam cum poſteris ſuis propriam ſuam ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt annuatim perſolvendam V. Denariorum pro cenſu. Hujus rei Teſtes ſunt *H. Viſeler, Hermannus preco.*

Num. CCXXXVIII.

Notum ſit omnibus fidelibus quod *Gerdrudis relicta Perngeri* cum filiis & filiabus ſuis obtulit ſe altari S. Marie in Giſenvelt ad cenſum V. den. annuatim ſolvendorum. H. r. t ſ Dominus *Ruodpertus de Winden. Rudolfus plebanus. Heinricus de Langinbruk. Hertwicus in der Lachin*, precipue *AGNES Abbatiſſa*, & Conventus Dominarum.

Num. CCXXXIX.

Notum omnibus ſit preſentem paginam intuentibus quod *Reihza* cognomine *pœterinna* voluntarie cum ſubſequente prole tradidit ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum.

Num. CCXL.

Item aliud ſub eadem.

In nomine ſancte& individue Trinitatis amen. Que geruntur ſub Teſtimonio bonorum hominum ut in longa vivant poſteritatis memoria perhennari debent aut voce Teſtium aut Teſtimonio literarum. Innoteſcat, igitur vitam agentibus & ſciant poſteri, quod *nobilis Berhta de Stinne* ob remedium anime *mariti ſui Hein-*

Heinrici nec non *Filii ſui H.* Methhildem cum ſubſequente prole ſua ad cenſum annualem V. Denariorum ſolvendum ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt preſente *Agneſa Abbatiſſa* omni jure proprietario & ſine vlla contradictione delegavit. Et ut hec firma & inconvulſa habeantur hic annotavimus & roboravimus Teſtibus infra ſcriptis. Teſtes ſunt hii *Rvopertus miles de Winden. Albertus Magiſter curie, Herandus miles. Eberhardus*, & alii plures.

Num. CCXLI.

Notum ſit omnibus quod nos *Agnes* humilis Abbatiſſa in Giſenvelt ob amorem & honorem glorioſe Virginis Marie *Hœinricum Stvbhannum* cum omnibus fratribus & ſororibus ſuis, & cum omni poſteritate eorum, nec non *Volchradum* cum omni ſucceſſione ſue progeniei de cenſu officii prepoſiture noſtre contradidimus ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum annis ſingulis ſolvendorum. Teſtes ſunt *C. Plebanus, Vlricus Sacerdos. Albertus magiſter curie, Rvpertus de Winden*, & alii plures.

Nota: ad finem paginæ manu ut videtur, ſeculi 14ti ſcriptum eſt, quod ſequitur.

Num. CCXLII.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod *Heinricus filius Riedarii* dedit Hœinricum Sturzonen ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt cum voluntate omnium avvunculorum ſuorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Gotfridus, Plebanus, Dietricus Zolner, Chunrad, Heinrich, Zolner Engelpreht, Ditmar,*

Horn-

Hornperch, *Grœimlinger*, *Hœinrich Hofmaiſter*, *Albreht*, *Vlrich de Swarze*, *Vlrich de Mœſner*, *Chunrat frater ejus* dedit huc cum dimidiis pueris.

Num. CCXLIII.

Quidam nobilis homo *de Metenbach Fridericus* dictus ſine omni contradictione tradidit Hœinricum pellificem ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Rvopertus de Winden*, *Hœinricus* filiis ſuis, *Heinricus Stubhan*, & alii multi.

Num. CCXLIV.

Sic definitum eſt ſuper Decimatione in Winden in Holzleyten in omnibus minutis.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod diſſenſio habita inter *Sifridum plebanum Geiſenveldenſem & Wernhardum Canonicum* ac ebdomadarium pro decimatione in *Winden*, ſive in *Holzlevten* coram Conuentu Dominarum ſic diffinita eſt, ut ipſe plebanus & Succeſſores ſui deinceps plene habeant agere, & ſe debeant intromittere de minori decimatione: e conuerſo *W. Canonicus* ac ſui Succeſſores cum Seldnæriis nihil agere debent. Hujus rei Teſtes ſunt *Rœhwinus Decanus de Eſſelpach*, *Marquardus plebanus de Vohburck*, *Diepoldus plebanus de Temgen*, *Hœinricus plebanus de Heg*. *Hermannus plebanus in Ebenhvſen*, & alii quam plures.

Num. CCXLV. An. 1257.

Notum ſit omnibus, quod ego *Agneſa* Abbatiſſa in Gyſenvelt Alheidem filiam Chvnradi qui dicitur Tolkra iure cenſuali annuatim ad V. denarios delegavi ad Altare ſancte Marie & ſancti Zenonis preſente C. plebano & R. Decano & G. Sacerdote & C. eccleſiaſtico & Al. eccleſiaſtico, & aliis multis. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLVII.

Num. CCXLVI.

Notum ſit omnibus, quod quidam miniſterialis eccleſiæ dictus *Otto Æiterſtœin* dedit ad Altare ſancte Marie in Giſenvelt homines Mæhthildem & filiam ejus Chriſtinam Dietmarum in cenſum V. Denariorum. Dedit etiam alios quodam homines ſancte Marie, *Hœinricum figulum de Winden* & Perithum Dimvdem & Wilwirgem. Item Dimvdem & Hæinricum & Fridericum. Hujus rei Teſtes *Ch. Decanus. Rvdolphus plebanus. Ch. de Starzhvſen*, *Hœinricus Stvbhannus*, *Otto*, *Hœrtwicus de Ride* & alii quam plures.

Num. CCXLVII.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam vir nomine *Hœinricus de Echelberich* abſolvit ſe & filios ſuos pro pecunia ſua à quodam *Vlrico* de predicta villa ad altare ſancte Marie in Giſenvelt ad annualem Cenſum V. Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Hœinricus magiſter curie. Fridericus Dahs. Perholt Chœblœr*, & alii quam plures.

Num.

Num. CCXLVIII.

Notum ſit omnibus, quod *Pertha filia Reinhardi de Meilhoven* obtulit ſe ſuosque Liberos ſuper Altare ſanćte Marie in Giſenvelt ad V. Denarios pro cenſu annis ſingulis perſolvendos preſente Domina Abbatiſſa AGNETE. Teſtes hujus rei ſunt *Gotfridus plebanus ejusdem loci, Vlricus eccleſiaſticus & Pertholdus Obulus* dićtus.

Num. CCXLIX.

Notum ſit Chriſti Fidelibus quod *Adalbertus de Winden* ex proprio arbitrio ſe contulit ſanćte Marie ad V. Denarios. Iidem non tenentur illum cenſum dare ex licentia Abbatiſſe. Hujus rei Teſtes ſunt *Wernher villicus.* —

Num. CCL. Sub Abbatiſſa Gertrude An. 1281.

Iſte Liber renovatus eſt & conſcriptus prece ac mercede *Alheidis Sacriſte* dićte *Walting*, que ipſum conſcribere juſſit propter inijdoneitatem veteris libri dićti *Salpvoch* Ačta ſunt hec preſidente Abbatiſſa *Gerdrude*, compilante hunc librum *Chvnrado Notario & Rectore* Anno Domini M. CC. L. XXX. primo.

Num. CCLI. De Predio Rokkolding.

Quidam nobilis dićtus *Alto - Münſter* tradidit beate Marie nec non ſanćto Zenoni quoddam predium ſitum in Rokkolding cum agris & pratis, quos ipſe hereditarie in ſua poteſtate cum effećtu libere habuit. Teſtes rei hujus. *Ebo*

Wirt, Arnolt Eyſengreim, *Rudolf de Rota*, & alii quam plures.

Num. CCLII. Sub Abbatiſſa Gertrude An. 1281, De Traditione infra ſcripta.

Infra ſcripta dedit Dominus ebdomedarius hujus cenobij Conventui in *Giſenvelt*, ut exinde aniverſarium diem celebrent & conſolationem una cum plebano & ebdomatario habeant ſpecialem, videlicet aput *Geiſenvelt* ex altera parte pontis duas areas cum hortis, ſolvunt LVI. Denarios ratisponenſes. Item in eodem loco unam peuntam. Solvit LV. denar. ratis. Item apud *Winden* dedit eidem Conventui unum foedum, quod ipſe emit aput *Ottonem* dictum *Æitenstein*. Solvit VI. ſolidos Ratisp. vel plus, cui ſoedo attinet bratum dictum *Gwmantspevnt*. Teſtes ſunt *Gotfridus Decanus, Ch. Socius ejus. Ch. Notarius Rector Scholarium. Mainhardus Granator*, *Pomeriator*, & alii multi: Acta ſunt hec Gerdrude Abbatiſſa Anno Domini milleſimo CCLXXXI.

Num. CCLIII.

Dimenſio prebendarum. Item Abbatiſſa debet quatuor modios omni ſeptimana puri Siliginis dare pro prebendis Dominorum & Dominarum, & Piſtor debet ex his facere quantitatem numeri prebendarum. Si numerus minori tunc panes majores, ſi numerus major, panes minores. Item cuilibet prebende port (porrigit) quatuor oves, dimidiam libram de ſpeciebus aromate duas urnas vini duas, urnas medo-

medonis X. urnas valentis cerviſij XXXIX. Semellas & Laganas ſex V. Caſeos *Meidershoner.*

Num. CCLIV. An. 1282.

Noverint univerſi preſentis ſcripti inſpectores, quod *Agnes, & Heilivigis, filie Gerdrudis de Æichelperch,* Sorores uterine, de communi conſenſu & unanimi voluntate jus proprietatis, quod habebant ex juſta proprietate in perſona *Mœhthildis* cognominata *Martininne*, & quilibet heredum ſuorum, ſiquis ex ipſa natus eſt in preſens, vel in futuro naſcatur, in die purificationis beate Marie Virginis ſuper Altare ipſius beate Virginis in Giſenvelt quinque Denarios perſolvat pro cenſu annis ſingulis ſpeciali, & quod de ipſa Donatione per dictas Sorores facta nulla dubietas fiat in poſterum preſens ſcriptum pro teſtimonio cum infra ſcriptis Teſtibus eſt confectum, qui ſunt hii: *Chunrad de Æichelberg*, *Hainricus* dictus *Birpman*, *Hainricus medicus de Werde*, & alii quam plures. Actum anno Domini MCCLXXX ſecundo in die beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi.

Num. CCLV. An. 1283.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod *Eberhardus de Stime* pro remedio anime ſue Sororem ſuam *Mœhthildem*, que ſibi jure proprietatis attinebat, cum ſubſequente prole ad Altare ſancte Marie in Gyſenvelt contradidit ſine omni humana contradictione in manus Domine *Gerdrudis* Abbatiſſæ ad annualem cenſum

quinque Denariorum in die purificationis ſancte Marie Virginis ſolvendum. Hujus rei Teſtes ſunt, Dominus *Ch. Socius Decani*, *Gebhardus de Vœulenpach*, *Perchtoldus de Langenbruk*, *Perchtoldus de Vœulenpach*, *Vlricus Pomeriator*, *Vlricus preco de Hege*, *Chvnradus Æichelpergerius*, & alii multi. Actum Anno Domini MCCLXXX. tercio III. Kalend. Octobris, in Gyſenvelt preſentibus multis viris fide dignis.

Num. CCLVI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Chvnradus de Æichelperger* dedit ad Altare ſancte Marie Mehthildim Mertenin cum tribus poeris ad cenſum V. Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Chvnrad*, *Hemher Gotfridus Decanus Chvonrad de Hvober*.

Nota: ad finem paginæ annexum eſt, quod ſequitur, Charactere minore quidem, ſed vix juniore.

Num. CCLVII. An. 1284.

Notum facimus univerſis, quod *Chvnradus Æichelpergerius* dedit quandam feminam nomine Mæhthildem cum tribus pueris videlicet Heinrico Ch. & Hæilwige ad Altare ſancte Marie ad cenſum V.que denariorum in purificatione beate Virginis annis ſingulis perſolvendum. Teſtes ſunt *Gotfridus Decanus in Giſenvelt*, *Burchardus Socius ejus*, *Ch. Æichelpergerius*, & alii multi: Actum preſidente GERDRUDE Abbatiſſa anno Domini MCCLXXXIIII.

Num.

Num. CCLVIII.

Hic notantur Feodati a venerabili Domina Abbatiſſa in Giſenvelt non tamen omnes ſed prout partim fuerunt conſcripti ſub *GERTRUDE Abbatiſſa dicta de Smichen. Albert de Prunnodorf* unum molendinum in *Smidorf*, item *Dietricus de Weichenſteven* curiam in *Gruob*, item *Giebſtorferius* de hubas, que interjacent ejus agriculture, item *Vlricus de Ergoltspach* curiam ad *Chovoge* & vnam curiam in *Gœrmersperge* & quidquam *Ch. Vlek* ab ea habet in *Chvtzenhoven.* Item *Wolfhardus Chlœinhœimerius* unam hubam in *Hofaker.* Item ſciendum, quod curiam in *Gaimersheim* ſitam jure feodali tenebit *Alheidis* dicta *Lvgelinna* pro tempore vite ſue, poſt eius obitum dicta curia ipſo jure cedet *Friderico Diſpenſatori Ducis*, & *Vlrico* filio ſuo, dictis *Irnawœriis*, & *Mœhthildi* vxori dictorum, nec non *Hiltprando* diſpenſatori, & *Alberto*, *filio Rudolfi* diſpenſatoris. Item quoddam feodum in *Riekkershoven*, & quoddam in *Prvnn* pertinebant ad *Hiltprandum*, quoddam vero molendinum in *Longnpruk* pertinebit ad *Albertum* & *Tvotam* & liberos *Rvdolfi* diſpenſatoris. Item curia in *Neidershoven* pertinebit ad *Fr. de Tann & Mœhthildem* uxorem ſuam. Et hec omnia habet conferre eis Abbatiſſa de Gyſenvelt ipſis & ſuis heredibus jure feodali.

Num. CCLIX.

Noſcant omnes Chriſti fideles, quod Hæinricus de Linta ſancte Marie in Giſenvelt ſe ipſum ad cenſum V. Denariorum donavit.

Num.

Num. CCLX.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris hanc paginam inſpecturis, quod Dominus *Weinhardus* dictus *de Ilmandorf* tradidit ad Altare S. Marie quendam virum *Perhtholdum* nomine ſub libero arbitrio ſine omni contradictione & omnium reclamatione ſub ea forma, quod annuatim perſolvat cenſum V. Denariorum, cum ceteris qui talem cenſum ad idem Altare dare cenſentur, & quod idem per hoc ſub nullius advocati dictionem ſit poſitus. Hec delegatio facta eſt cum Domina *A. Sacriſta*, & Domina *A.* & ceteris miniſterialibus. Hujus rei Teſtes ſunt *Vlricus Canonicus* ejusdem eccleſie. *Winhardus*, qui fuit delegator ejusdem viri, & alii multi.

Num. CCLXI.

Notum ſit omnibus Chriſtianis hanc ſeriem litterarum inſpecturis, quod quedam Domina nomine *Alheidis* dedit huic Eccleſie nomine Giſenvelt proprios homines ſuos quorum nomina ſunt hec: Albertus, Pilgerimus, Vlschalchus, qui debent annuatim ponere cenſum eorum ad Aram ſancte Marie quivis eorum V. Denarios. Hos homines dedit jam Alheidis huic Eccleſie pro remedio omnium parentum ſuorum, & anime ſue. Hujus rei Teſtes ſunt *Wernherus Lvcko*, *Wernherus magiſter Silve*, frater ſuus C. & alii.

Num. CCLXII. An. 1291.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod *Chunradus de Hege* Cocus eccleſie in Giſenvelt quandam proprietatem

in

in *Linta* vendidit *Berhtoldo de Ratenhart & uxori ſue Mœhtthildi & Vlrico filio* ejus pro tribus libris & dimidia ſtatuens & firmans, quod predicte tres perſone, quam diu ſupervixerint, & ejus Succeſſores in ſingulis annis in die beati Michaelis ad aram beate Virginis decem denarios perſolvent monete, ſicut tunc currunt, uſualis. Acta ſunt hec anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo primo V. Kalend. Marci.

Nota. Ad finem paginæ manu ſeculi 14.ti annexum eſt.

Num. CCLXIII. An. 1293.

Notandum, quod cum *Otto de Haimencell, & Uxor ejus Adelheid, & filii* eorundem *Chvnradus & Vlricus, Jordvno de Lenting* in perſona jure proprietatis adtinerent, iidem ipſum jus proprietatis, quod eidem *Jordvno* & heredibus ſuis in ipſis competebat, pro quadam ſumma pecunie abſolverunt, & cum eſſent liberi arbitrii, cui vellent ſe donandi, ex devotione & voluntate propria eccleſie in Gyſenvelt ſe dederunt tali condicione adiuncta, quod quilibet ipſorum quamdiu vixerint, & heredes eorum impoſterum pro memoria hujusmodi donationis ſingulis annis in die purificationis beate Virginis quatuor Denarios pro cenſu memorate eccleſie in Gyſenvelt perſolvant ad uſus ipſius eccleſie diſponendos. Facta eſt autem hec donatio anno Domini M. CC. nonageſimo tercio, VI. Kalend. Januarii preſentibus Teſtibus ſubſcriptis videlicet Domino *Hartlibo Sacerdote, Berhtoldo Zolnario, & Vlrico Chaſtenario*, & aliis quam pluribus.

Num. CCLXIV.

Notum ſit univerſis preſens ſcriptum inſpecturis quod *Willhamus* & *frater* ſuus dictus de *Walchershoven* ſe tradiderunt annuatim ad Altare ſancte Marie ad cenſum quinque Denariorum. Cujus rei Teſtes ſunt *Hartlibus Sacerdos*, *Vlricus Granator*, *Ch. Rauſer. H. Saxo*, *Vlricus eccleſiaſticus*, *Vlricus Chablar*, *Perichtolt Theloniator*, & alii quam plures.

Num. CCLXV.

Notum ſit univerſis, preſens ſcriptum inſpecturis, quod duo molendinatores *Chunradus & Hainricus de Menchingen* ſe tradiderunt ad Altare ſancti Zenonis confeſſoris ad cenſum quinque Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Vlricus Decanus*, *Eberhardus Scolaris*, *Hainricus Faber bonus*, & alii quam plures.

Num. CCLXVI.

Notum ſit univerſis preſens ſcriptum inſpecturis, quod *Fridericus de Freinperg* & mater ejus *Berchta* ſe tradiderunt ad Altare ſancte Marie ad cenſum V. Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Volricus Decanus in Geyſenvelt*, *Fridericus notarius*, *Ch. Scolaris*, & alii quam plures fide digni.

Num. CCLXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam intuentibus, quod *Diepoldus faber de Walggeltshoven*

&

& *Bertha uxor* ſua V. denarios debent dare ad cenſum annuatim ſuper Altare ſancti Mychaelis poſt mortem eorum ſimiliter tres denarios vir V. annuatim.

Num. CCLXVIII.

Notum ſit cunctis Chriſti fidelibus, quod Richza ſoror Golnerinne proprietatem ſuam in *Linda* & aream dedit cuidam *Hœinrico* & uxori ſue *Perhthe* pro tribus libris & XL. denariis & idem prefatus H. delegavit ad eadem proprietate pro remedio anime ſue ad Altare ſancte Marie annuatim cenſum V. Denariorum eo vivente & poſt obitum ejus cenſum X. Denarios; & hiis defunctis predicta *Rihza* poſſidebit cum filiis ſuis eandem proprietatem & ipſa tenebitur ſolvere omnem cenſum X. Denariorum. Hujus rei Teſtes ſunt *Albreht Forſtær & Ch. Fuchler, Walther Panifex, Albreht der Mezzer.*

Num. CCLXIX. De Traditione predii in Giebstorf.

Arnoldus de Giebstorf delegavit predium ſuum aput *Giebstorf* in manus *Gerungi* de eadem villa hoc tenore, ut poſt obitum uxoris ſue, & filie ſue eccleſia Giſenveldenſis. quiete poſſideat. Et hujus rei teſtes ſunt fideles hujus Eccleſie *Reginhardus, Heinricus, Martquardus de Ætelhuſen,* & iterum *Heinricus, Adelbertus de Laber. Vodalricus de Günzenhoven* & alii multi.

Num. CCLXX.

Nobilis *Anna de Falchenperg* tradidit ſancte Marie in Geyſenfeld ſua propria nemora dicta de *Löcher* aput *Sanczpach*, que ſolvunt annuatim Dominabus ad cellariam tres ſcibas Lini & novem pullos. Teſtes ſunt *Tercho de Nozenhuſen*, *Adalbero de Chirchof.*

Num. CCLXXI. An. 1309.

Notandum quod cum *Chvnnradus de Winden* & heredes ſui *Albertum* dictum *Gunn* iure proprietatis poſſiderent, & eidem iuri cederent, ipſumque pro quadam ſumma pecunie reſignantes, jus quod ipſis in ipſo competebat, & cum tunc idem *Albertus* liberi eſſet arbitrii ſe cuicunque vellet donandi, ex divina inſtinctione & propria voluntate ſe tradidit ad Altare ſancte Marie in Geyſenvelt pro cenſu quinque *Denariorum monacenſium* annuatim perſolvendorum. Hujus rei Teſtes ſunt hii ſubſcripti. *Volricus & Ch. Lochſperger.* Item *Heinricus Wagner.* Item *Ch. Wagner.* Item *Heinricus Hellpren*, Item *Ch. Gener ſuus.* Item *Marquardus Sutor.* Item *Hvlfo*, Item *frater Albertus.* Item *Nappurger ſocius ejus.* Item *H. Forſter.* Item *Ambroſius & Ch. eccleſiaſtici.* Item *Prem*, *Hauſner.* Item *Volrich preco*, & frater ipſius, Item *Ruopertus filius Winderii*, & alii quam plures fide digni. Actum Anno Domini MCCC nono proxima quarta feria ante Feſtum Afre martyris.

DIPLO-

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Digitized by Google

Num. I.

DIPLOMA FUNDATIONIS VERNACULUM.

ANNO 1037.

In dem Namen der heiligen vnd vngetheilten Dreyfaltigkeit, aus verhenngen göttlicher guetigkeit, *Eberhard Graf zu Murach.* *) Als wir unterweiſt werden aus dem allerheilwertigſten Geſezen der heiligen Koſung **), das wir

*) *Murach*, in Nordgovia, ſeu hodierno Palatinatu ſuperiore Bavariæ. Forte autem in autographo legebatur *Murau*, vel *Mureck* in Styria, ad fluvium *Mur*, unde Comites de *Murzthal* Eberſpergenſibus propinquitate junĉti nomen traxerunt. Murachenſes enim Comites hoc ævo nuspiam occurrunt, nec aliquid prædiorum in Nordgovia ſitum, a fundatore legatum fuit, plura vero in oriente ſita. Inſuper præcipui Teſtes e Carinthia acciti ſubſcribunt.

**) *Koſung. Choſung*, *à V. choſen*, *eloqui*, *ſermocinari.* OTFRIDUS de Jeſu cum duobus diſcipulis in Emaus euntibus ſermocinante:

Giang ouh in thero ferti
Mit in tho *Koſonti.*

denotatur ergo heic *ſacrum eloquium*, ſeu S. Scriptura.

wir zeitliche vnd irdiſche guetter verlaſſen vnd nachſezen ſollen, vnd erkennen zu erwerben die ewigen Nutzung vnd wohnung die ohn Ende in den Himmeln beleibiglich ſeyn, und darumb damit wir nit geben den Gebothen des Herrn ein tabes vnnutzes hören, ſonder das wir merken ſein nachzuvolgen göttlichen Rathe; Haben wir etlich Ende und ſtatt vnſers väterlichen Erbs in *Oſterlandt* *) gelegen, als *Elsbach*, *Legenpach*, *Aſpershofen*, *Freinſtein*, vnd *Gorſpach*, mit allen Zugehören, vnd zehen Weingartten, vnd etlich in *Bayrn*, als die *Sintzpurckh*, mit dem Woldt *Sintzpuech*, *Samspach*, vnd *Lanquait*, und allen andern Zuegehören, vnd auch in *obern Bayrn* das dorff *Geiſſenfeldt*, mit ſambt dem aigen vnd forſt, und *Gigueigenhauſen*, und *Mentzenpach*, *Feglenpach* und *Gaimershaim*, mit allen Zuegehören, freylich und lediglich gegeben, zu Erhöhung der *Abbtey zu Geiſſenfeldt*, vnd haben uns unſer *Frawen Lichtmeſstag* nach Chriſti unſers Herrn Geburth, achthundert vnd dreyſſigiſten **) aller gerechtigkeit und allen benanten Stucken

*) *Oſterland* Auſtria. ver-

**) In autographo ſcriptum fuiſſe ſuſpicor CIↃ. quod interpres legit pro Numero 8. octonario. Porro cœnobium iſtud non ſæculo nono, ſed undecimo ab iſto Eberhardo fundatum fuiſſe, Anno ſcil. MXXXVII. clarum eſt ex Chronico Eberſpergenſi prolixiore apud illuſtrem *Oefelium* ſcriptor. rerum boicar. *II. pag.* 10. a.) « Eodem tempore & Anno MXXXVII. EBERHARDUS *frater* ADALBERONIS de bona voluntate *ſuæ conjugis* ALHEIDIS -- cæpit de novo fundare monaſterium ſanctimonialium ſuper Ilmam fluvium, dictum *Geyſenfeld* ord. S. Benedicti in diœceſi Ratisponenſi, & laudabiliter domino concedente conſummavit, ditans illud clauſtrum multis divitiis & honore -- «

verzihen und gentzlich aufgeben, wir haben auch das geveſtigt uud beſtätt mit gueten Verhengen unſers lieben *Gemahels Frauen Adelheiten*, und auch unſers lieben *Brueders Graf Adabrains* und *Richlinde ſeines Gemahels*, und auch ander Fürſten und Grafen Rathe, und haben ſolchen unſern Willen aus Babſtlichen und Kheiſerlichen Gewalt und Mayeſtet erworben, geveſtigt und beſtätt zu ſein in den Ehren der allerwürdigſten Jungfrawen Maria, und S. Zenonis, und das darin unſer, unſer Eltern und Vorfodern und Nachvolgern ein lobliche Gedächtnuſs wurde gehalten, darumb ſollen die Frawen alles oben benennt freylich beſitzen zu ewigen Zeiten, mit allen ihren Zuegehören vnd anhengen, als Geſchloſs, Märckten, Goſsen, Weilern, Dorffern, Kirchen, Knechten, vnd Dirnen, Hofſtetten, Gebeuen, gebauts vnd ungebauts Erdreich, Weg und anweg, ausgengen und eingengen, beſuechung, oder die beſuecht mogen werden (inquirendis) Zollen, Mauten, Tafern, Wäldter, Vorſten, Schwaigen, Gejadt und Wildtpan, Waſſern, Viſchwaiden vnd Viſchung, Milen vnd Mil Rechten, Weingärten, mit allen beweglichen und unbeweglichen, und mit allen andern Anhengen, Nutzung und Nieſsung, die geſatzlich geſchriben oder benent mögen werden, mit was ſchikung das iſt, das alles geben und zuaigen wir, als wir am allerbeſten und veſten thuen mögen ohn aller widerſprechen, und wollen, das die würdig Abbtiſſin der Sæmmung zu *Geiſſenfeldt* aus khaiſerlichen und unſern Rechten frey macht und gewaldt habe, zu ewigen Zeiten ſolch obbenant Stätt und Endt mit allen ihren Anhangen als oben be-

riert iſt, inhalten und beſitzen, und ihr und dem Gottshauſs ein fieglichen Vogt den obbenanten Endten gelegen zu erwellen, oder was ihn verzimbt mit aller Schickung, mit dem Zuthuen, zu Nutz und Nieſſung des Chloſters. Ob aber yemands, das ob Gott will nicht geſcheh, die Groſsgebung dieſer unſer Gab, die mit Bäpſtlichen und Kaiſerlichen Gewalt geveſtiget und beſtätt iſt, furnämb zu erſtörn oder zu brechen oder zu freveln, oder ſolch unſer Gebung nieder zu drucken oder zu beſchwern, mit was Maſs das geſchäh, der mueſs das an den tag des Gerichts vor den augen Gottes ewigclich beweinen in der unausleſchlichen Zwanckhnuſs, das nit geſcheh, ſonder das die unſer gebung von allen ewigclich unzerbrochen beleib, haben wir den Brief darnach ſchreiben laſſen, mit unſer aigen handt geveſtet, vnd haben heiſſen bezaichen mit eindruckhen unſers Sigels. Und des ſind Zeugen, Graf *Babo* von *Scheyren. Udalrich Marggraf. Adalbero Marggraf, Otackher ſein Brueder, Pabo. Engildre. Arbo. Magonus. Huch. Ortolf. Chuno zu Vohburg. Werner von Glana. Gotteſchalckh von Marpach. Werner von Prun. Gerunckh von Luvensgorf.* Geſchehen am tag und Jare oben benannt.

Num. II. Jus exigendi annuum canonem. An. 1323.

Wür LUDWIG von Gottes Genaden Römiſcher Künig ze allen Zeiten mehrer des Reiches, veriehen offentlich an diſem Brief, das wür aigenlich und offenlich bewiſet ſein von den erwirdigen und Geiſtlichen Frauen, der Abbtiſſinne vnd dem Conuent ze *Geiſenfeldt* und auch von

an-

Sal. Irimprecht presb. & abbas.

Em ant. Pernoldus Presb. de Sup. mon.

Em rec. Agnes abbatissa sup. mon.

V Kal. Jul.

Em. ant. Pabo abbas hujus loci. Bernardus comes de Pabaria. Tuta comitissa.

Em recent. Warmunt comes de Raeut Laycus, qui dedit Hofmarchiam Raeut Ecclesiæ nostræ.

IV. Kal. Jul.

Em. ant Juditha ducissa.

Em. rec. Christina abbatissa S. Pauli. Ludwicus Chratter laicus.

III. Kal. Jul.

Sal. Ita abbatissa. Frater Warmut, qui Grabenstat nobis dedit. Hemma comitissa de Gurka.

Em. ant Heimo abbas. Vrolf abbas. Chunradus abbas Tegrinse.

II. Kal. Jul.

Em. ant. Albertus capellanus capellæ Ingolsteter.

Em. rec. Asprianus civis & ortlibus laici fratres dicti Triibenpech.

JULIUS.

Kalendas Julij.

Sal. Heilika abbatissa.

Em. ant. Ortlieb abbas Nerensh.

Em. rec. Gisila monialis de sup. mon.

VI. Non.

VI. Non. Jul.

Em. ant. Henricus Rex.

Em. rec. Chunradus presb. & mon. & cuſtos n. c. dictus Cholaer An. MCCCLXXXXIV. bone conſcientie.

V. Non. Jul.

Sal. Heinrich rex. Priziman archipresb.

Em. ant. Erbo abbas Pruviningen.

Em. rec. Adolfus rex. Margaretha Pfollnhoferin.

IV. Non. Jul.

Em. rec. Obiit pie memorie Paldwinus abbas hujus loci in curia romana, qui bene rexit.

III. Non. Jul.

Sal. Wilihelmus abbas. An. MXLIV. dom. incarn. Henricus Imperator, filius Chunradi Imp. ungarios expugnavit, regemque ipſorum effugavit, & regnum romano Imperio ſubjugavit. In eo bello occubuerunt Eberhart ſubdiac. Sizo conies, aliique Teutonum complures.

Em. ant. Willehalmus pie memorie abbas Hirsaugienſis mon. n. c.

II. Non. Jul.

Em. ant. Otto Ep. Ratisb. Richza abbatiſſa de infer. Monaſt.

Em. rec. Chriſtianus presb. canonicus eccles. majoris.

VIII. Id. Jul.

Em. ant. Pippinus Rex. Sigehardus. Erkanbertus abbas. Vdalricus rufus mon. n. c. & hic civis hujus urbis poſt combuſtionem monaſterii noſtri LXXX. Tal. ad reſtaurationem ejus contulit. X. ad ligna. XXX. ad porticum ejus. In extremis ſuis XX. Tal. daputavit. Abſolvit a Reginoldo in porta duas vineas in Swebelwis XX. libris puri - -

VII. Id. Jul.

Sal. Liutpolt Advocatus. Richkart cometiſſa.

Em. ant. Pie memorie Vdalricus abbas hujus loci ſepultus in capitulo, Richardus abbas.

VI. Id. Jul.

Em. rec. Liutpoldus Marchio comes Judita abbatiſſa Nienburch Magiſter Paulus dictus Wirder Plebanus in Abbach.

V. Id. Jul.

Em. ant Otto dux Bojarie.

Em. rec. Wolframus comes.

IV. Id. Jul.

Sal. Hugo Salzburgenſis præpoſ.

III. Id. Jul.

Sal. Heinrich Imperator.

Em. rec. Leo Ep. ratispon.

II. Id. Jul.

Sal. Benno Patavienſis Epus Pabo miniſter & frater.

Em. ant. Embricho pie memorie ratisp. ep.

Em. rec. Dietricus L. de Hælenacher. Chriſtiani occiſi ſunt in Galabria a Saracenis ſub Imperatore Ottone ſecundo qui vol. eam eripere a Gr - - victus - - & a Saracenis - -

Idus Jul.

Em. rec. Lautwinus canonicus majoris eccleſie.

XVII. Kal. Auguſti.

Em. ant. Innocentius Papa. Hagano abbas Witadus abbas.

Em. rec. Ob. Anna dicta Artelchoſerin an. MCCCLXIV. in vigilia Alexii. Gerhardus de Wert. L.

XVI. Kal. Aug.

Sal. Jacob abbas.

Em.

Em. ant. Eberhardus Ep. Babenberg. Wolframus abbas hujus loci primus poſt S. Ramvoldum.

XV. Kal. Aug.

Em. ant. Wiſunt abbas mon. n. c. in Prül.

Em. rec. Pertha L. dicta Lerchenfelderin.

XIV. Kal. Aug.

Sal. Chunigunt Regina. Totili archipresb.

XIII. Kal. Aug.

Sal. Roudolfus abbas Sewenſis.

Em. ant. Rudolfus abbas. Richardus abbas.

XII. Kal. Aug.

Sal. Sigihart comes. Dietmarus archiep. Juvavenſis occiſus eſt. Herimannus Epiſcop.

Em. ant. Hermannus abbas.

XI. Kal. Aug.

Sal. Heripreht Epus.

Em. rec. Ortelinus canonicus majoris eccleſiæ.

X. Kal. Aug.

Sal. & *Em. ant.* Guntherius Epiſc. Babinberg.

Sal. Friderich advocatus.

IX. Kal. Aug.

Em. ant. Heribertus Epus. Conradus abbas.

Em. rec. An. MCCCCLXV. piæ memoriæ obiit dus Chunradus Pabenhauſer abbas h. l.

VIII. Kal. Aug.

Sal. Adalwardus abbas.

VII. Kal. Aug.

Em. rec. pie memorie Heinricus Epus ratispon. Henricus abbas de Munſter.

VI. Kal. Aug.

Em. ant. Pertholdus p. m. abbas Kartenſis.

V. Kal. Aug.

Sal. Tietmarus II. Archiepiſcopus ob. an. Mile. XLI. qui hunc archipræſulatum multis honoribus provexit & adauxit.

Em. ant. Gebehardus Papa, qui & Victor.

IV. Kal. Aug.

Sal. Marchuuart Miniſter. Starchant Miles & frater.

III. Kal. Aug.

Em. ant. Gumpoldus abbas mon. n. c.

II. Kal. Aug.

Sal. Hiltigart L. de Glaſe.

AUGUSTUS.

Kalend. Aug.

Em. rec. Erkenfridus Ratispon. Ep.

IV. Non. Aug.

Em. rec. Rapoto abbas de Pruel.

III. Non. Aug.

Em. rec. Hertwicus abbas hujus loci.

II. Non. Aug.

Em. rec. Otto Palatinus comes.

Nonis Aug.

Em. rec. Hermannus abbas inferioris Altach.

VIII. Id. Aug.

Sal. Willipiric comitiſſa.

VII. Id. Aug.

Sal. Oudalricus Patavienſis Epiſcop. ob. An. MCXXI. Sigahart comes occiſus eſt.

VI. Idus

VI. Idus Aug.

Sal. Altmannus Patavienſis Eccleſiæ Ep. ob. Anno MXCI.

Em. rec. Herwicus abbas Tegrinſe.

V. Id. Aug.

Em. rec. Vlricus Aychær de Tann.

II. Id. Aug.

Sal. Sigihardus Patriarcha.

Em. ant. Pertholdus abbas hujus hoci. Emmeramus Guntprecht cum vxore fundator capellæ in Derther - -

Id. Aug.

Em. rec. Irmingardis L. Gumper - - Conradus Colmünzer ſepultus ad B. V. in Monaſterio.

XVIII. Kal. Septemb.

Sal. Liutpoldus de Walde Miniſter S. Ruperti.

XII. Kal. Sept.

Em. rec. Ambroſius Mayrhofer abbas hujus loci 1583.

XI. Kal. Sept.

Sal. Egilolfus Juvav. archiepiſcopus.

Em. aut Hærtwicus Epus ratispon. Pertholdus Piæ mem. abbas hujus loci ſepultus in capitulo.

Em. rec. Wernherus pie mem. abbas in Pruvin.

X. Kal. Sept.

Sal. Gebehart & Wolfram & alii multi Teutonum in Boemia occiſi ſunt.

Em. ant. Occiſio Bojoariorum in Poemia.

IX. Kal. Sept.

Em. ant. Piligrinus archiepus. Gotſchalcus abbas de Munſter.

Em. rec. Chunigundis Chaxzellerin.

VII. Kal.

VII. Kal. Sept.

Em. ant. Albertus abbas in Metem.

V. Kal. Sept.

Em. ant. Ludewicus Rex pius Sponſus Hemme R. Wolfardus Strauſs abbas hujus loci ſepultus ad S. Benedictum 1454.

Em. rec. Georgius Inſtitor, qui dedit nobis V. libras.

IV. Kal. Sept.

Em. rec. Heinricus Dux.

II. Kal. Sept.

Sal. Heroldus archiepiſcop. Juvav.

Em. ant. Pie mem. Fridericus abbas in Aſchpach mon. n. c.

SEPTEMBER.

IV. Non. Sept.

Em. ant. Wernherus abbas Prulenſis - - - abbas in Richbach.

III. Non. Sept.

Em. ant. Henricus Epus Auguſt. Luidoldus abbas Admont.

Em. rec. Wolfgangus de Hauſen Epus Ratisb. præpoſitus & dominus Elvacenſis rexit annis 10. ob. 1673.

II. Non. Sept.

Em. ant. Richwinus abbas.

Non. Sept.

Sal. Diemo archiepiſcopus.

VII. Id. Sept.

Em. rec. Pie memorie Vlricus abbas hujus loci de Ahauſen. - - Rudolfus archidiaconus Friſinge.

VI. Id. Sept.

Em. ant. Wolfherus abbas.

IV. Idus

IV. Id. Sept.

Em. ant. Fridericus abbas hujus loci natus de Weydenberck ob. 1395.

III. Idus Sept.

Em. rec. Dorothea dicta Lengfelderin.

II. Id. Sept.

Sal. Wezil comes. Reginbertus Epus Brixonienſis, olim abbas S. Petri.

Em. ant. Uto abbas.

Em. rec. Wolframus abbas.

Idus Sept.

Sal. Withpirck abbatiſſa.

Em. rec. Fridericus abbas loci dictus Weydenberger An. MCCCXCVI.

XVII. Kal. Octob.

Em. ant. Adalordus abbas n. c. mon. Albinus abbas. Fridericus abbas S. Georgii.

Em. rec. Fridericus p. m. abbas hujus loci. Eufemia abbatiſſa de ſup. Monaſt.

XIII. Kal. Octob.

Em. ant. Richoldus abbas huius loci. Symeo comes.

Em. rec. Chriſtianus Epiſcop

X. Kal. Octob.

Em. ant. Fridericus abbas Weltenburg. Bulo abbas mon. n. c.

Em. rec. Fridericus Grævenreuter. Eberhardus Wildecker.

IX. Kal. Octob.

Em. ant. Michael Ep. Ratispon.

VIII. Kal. Octob.

Sal. Wenzlaus abbas Altahenſis.

Em. ant. Wenzlaus abbas.

Sal. Eodem die dedicatio Baſilicæ S. Ruodberti, & translatio ejusdem, quæ facta eſt ab Epiſcopo Virgilio, qui fuit octavus ab illo, cum quo transtulit & duos presbiteros ejus S. Chunialdum & Giſilarium. Evoluto autem dominicæ Incarnationis mileſimo centeſimo vigeſimo VIII. anno eadem Baſilica eſt exuſta, & in prædicto octavo Kalendarum octobrium die a beatæ memoriæ Counrado venerabili Archiepiſcopo conſecrata. Hujus vero exuſtionis cauſam paucis explicabimus. Fratres apoſtolicæ paupertatis imitatores a præfato Archiepiſcopo in ea locati, dum propenſiorem divinis rebus inpendere ſtudent devotionem, etiam ſignis plebem convocantibus majorem exhibent decorem, unde factum eſt, ut materiam fuſoria arte præparatam in vicina eccleſiæ parte locarent, & liqueſcenti metallo ignem ſubminiſtrarent. Inde ignis elapſus omnem corripuit Baſilicam in proprias vires levem nactus materiam. Inter cetera autem hujus incendii diſpendia tres coronas ſatis fabre factas cum picturis & variis celaturis abſumpſit, quæ omnia venerandus Archiepiſcopus quanta animi alacritate, quam prona in Chriſti obſequium charitate reſtaurare diſpoſuerit, viva diverſorum ornatuum exſtant indicia, quæ cunctis ſeculis indefectiva virtutum ejus repræſentant teſtimonia. Inſtituit præterea idem Archiepiſcopus, ut duorum Presbiterorum S. Rotberti beatorum Chunialdi & Gislarii memoria in proximo dedi-

catio-

cationis die haberetur, qui a beato Hartuico archiepiſcopo appoſiti ſunt ad corpus S. Ruodberti.

VII. Kal. Octob.

Em. rec. Karolus abbas hujus loci ſepultus ad S. Martinum.

VI. Kal. Octob.

Sal. Gepa abbatiſſa. Regintach rector occiſus eſt.

Em. ant. Meginhere abbas.

V. Kal. Octob.

Em. ant. Pertholdus Plebanus in Napurk.

Em. rec. Rupertus dictus Paulſtorfer L. An. MCCCXXXVII.

IV. Kal. Octob.

Sal. Chounradus II. Juuauenſis archiepiſcopus Patruus Friderici Imperatoris multis paſſionibus pro obedientia Alexandri Papæ graviter afflictus Anno mill. CLXVIII. ob. Albertus ſororius ejus filius Regis Bohemiæ eligitur, qui etiam anno MCLXIX. ab aquilejenſi Patriarcha Oudalrico cooperantibus Henrico Gurcenſi & Tarviſ. Epiſcopo Vlrico XVII. Kal. Aprilis in presbiterum & Epiſcopum conſecratus eſt apud Friſacum, & ab Alexandro Papa per dominum Chounradum Moguntinum archiepiſcopum & apoſtolicæ ſedis legatum pallio honoratus eodem anno.

Em. ant. Hainricus Imperator, filius Friderici Imp.

Em. rec. Anna dicta Stainprukkerin an. MCCC. XLVIII.

III. Kal. Octob.

Em. ant. Sinpertus Ep. Ratispon. Zacko abbas Tegrinſe.

II. Kal. Octob.

Em. rec. Ekkardus abbas Elwacenſis.

OCTOBER.

Kalendis Octobris.

Em. ant. Wolframus abbas. Domina Margaretha Puechpergerin de Abensperg.

VI. Non. Octob.

Em. rec. Karolus abbas in Tegernse dictus Hauzendorffer mon. n. c. Otto laic. dictus Aychelsperger.

V. Non. Octob.

Sal. Heinricus Gurcensis Episc.

Em. rec. Paldwinus Plebanus S. Emerami.

IV. Non. Octob.

Em. ant. Adalwinus Ep. Ratispon.

III. Non. Octob.

Sal. Heinrich Imperator.

Em. rec. Henricus II. Imperator.

Non. Octob.

Em. ant. Hiltipold Episcopus Gurcensis. Anna Horbenreutterin abbatissa mon. infer.

Em. rec. Karolus laicus de Lengvelt.

VIII. Id. Octob.

Sal. Hiltipoldus Gurcensis Episcop. Piligrim Juvav. archiep.

Em. ant. Guntherius Epus Ratispon. Wintilpurch abbatissa.

VII. Id. Octob.

Sal. Heinricus Frisingensis Epus. Suuideger qui & Clemens Papa.

Em. ant. Clemens Papa.

VI. Id.

VI. Id. Octob.

Sal. Tuto Epiſcopus. Prun archiep.

Em. ant. Pie memorie Tuto Epiſcopus Ratisp. ſepultus citca albam januam in monaſterio. Chunegundis dicta Pfollnchoferin.

V. Id. Oct.

Em. ant. Reginboto abbas Richenbach.

Em. rec. M. Eliſabetha de Sales abbatiſſa ſup. mon. II. octob. 1683. ſepulta. Nicolaus Epiſcopus Ratispon. Erkingerus abbas Weltnburch m. n. c. Ludowicus Romanorum Imperator An. 1347. Heinricus L. de Schonenhofer qui dedit vineam.

IV. Id. Oct.

Em. ant. Vra abbatiſſa.

III. Id. Oct.

Em. rec. Maximilianus Imperator An. 1576.

II. Id. Oct.

Sal. Liupramnius Salzburg. Archiep. cujus temporibus Eccleſia major combuſta eſt, & corpus S. Hermetis M. a Roma ab eodem archiepiſcopo huc allatum eſt maximo honore.

Idus Octob.

Em. ant. Aurelia Virgo ſepulta in ambitu ante chorum.

XVII. Kal. Nov.

Sal. Megingoz Præpoſitus Salzburg.

Em. ant. Megingoz abbas. Elizabeth Mayrhoferin.

Em. rec. Apollonia Antgieſſerin abbatiſſa Geiſenfeld 1607.

XVI. Kal. Nov.

Sal. Heinrich miles adol - -

Em. ant. Tuta abbatiſſa. Ludovicus miles de Habſperg dedit 20. lib. 1520.

Em. rec. Leo plebanus S. Emerami.

XV. Kal. Nov.

Sal. Gebo Archiep. Razo archipresb.

Em. ant. Albertus abbas de Prul.

Em. rec. Hainricus L. dictus Paulſtorfer.

XIV. Kal. Nov.

Em. ant. Herpato abbas Sælſenſis.

Em. rec. Oſanna dicta Eſſingerin Laica.

XIII. Kal. Nov.

Sal. S. Vitalis Juvavenſis Epiſcopus. Heinricus Deutonum Dux.

Em. ant. Magnus miles de Habſperg cum vxore benigna dedit 20. libras.

XI. Kal. Nov.

Em. ant. Wolframus abbas.

Em. rec. Gerhardus de Solern miles.

X. Kal. Nov.

Sal. Hiltrih Archipresb. d. R. Pilhilt comitiſſa. Wilhelmus præpoſitus Werdenſis frater noſter, *man. rec.*

IX. Kal. Nov.

Em. rec. Rudigerus de Hauzendorf & Reiza uxor ſua.

VIII. Kal. Nov.

Em. ant. Tiemo abbas mon. n. c. Vdalricus abbas.

Em. rec. Chunradus plebanus ſup.... An. MCCCLXXII.

VII. Kal. Nov.

Em. rec. Andreas Veyrl plebanus Eccleſiæ S. Emerami. Albertus plebanus in Auſtria de Kinigſteten.

VI. Kal.

VI. Kal. Nov.

Em. ant. Richart abbatiſſa. d. Joannes Trabolt Sacerdos & decretorum doctor qui dedit 400 fl. an. 1506.

Em. rec. Eraſmus dictus Poſtmünſter An. MCCCC.36. Eliſabet Dolnerin. Agnes Taucherin ſoror noſtra.

V. Kal. Nov.

Sal. Adalunc Archipresb. S. R.

Em. ant. Wernherus abbas mon. n. c.

Em. rec. Vlricus Sacerdos dictus de Schoſen canonicus Eiſtet.

IV. Kal. Nov.

Sal. Chadaloh comes.

Em. ant. Perengerus abbas. Gotchalmus abbas. Hademut abbatiſſa. M. Magdalena de Kirmereigh canoniſſa infer. Henricus Gravenrewter.

III. Kal. Nov.

Em. ant. Hieronymus abbas de Prule. Purchardus abbas Tegrinſe. Megengoz abbas de Prule.

II. Kal. Nov.

Sal. Werngandus comes.

Em. ant. Otto Dux. Mathild abbatiſſa.

Em. rec. Joannes Weydenberger an. 80.

NOVEMBER.

Kalend. Nov.

Sal. Guntherius Archiep. Juuau. Palderich abbas.

Em. ant. Adalbertus primus abbas Tegrinſe & fundator loci. Guntherus archiepus. Baldricus abbas Maninſe. Hainricus dux Bojariæ hic ſepultus. Hadwic. abbatiſſa.

IV. Non.

IV. Non. Nov.

Em. ant. Woluoldus abbas Admunt. Meginhardus abbas.

Em. rec. Margareta Puechpeckin. L.

III. Non. Nov.

Em. rec. Ludw. Pauſtorfer presb. & mon. n. c. Anna Neunbergerin.

II. Non. Nov.

Sal. Perhtolfus archipresb. Engilbertus Epus Friſingenſis.

Em. ant. Engilpertus Epus Friſing.

Nonas Nov.

Em. ant. Rugerus Epus Ratispon.

VIII Id. Nov.

Em. ant. Pertholdus Pater dni Pertholdi abbatis *primi.*

VII. Id. Nov.

Em. ant. Vdalricus abbas de Augia.

VI. Id. Nov.

Sal. Ordinatio S. Hartuuici Archiepiſcopi.

Em. ant. Albricus abbas mon. n. c.

Em. rec. Willihalmus abbas de Pruel.

V. Id. Nov.

Em. rec Hieronymus abbas hujus loci An. 1623. Eva ab Vrhauſen abbatiſſa infer. an. 1615.

IV. Id. Nov.

Em. ant. Hagano abbas mon. n. c.

Em. rec. Johannes abbas hujus loci dictus Hawn (de Haven) An. 1405.

III. Id. Nov.

Sal. Joannes Patriarcha.

Em. ant. Erneſtus comes hic ſepultus.

Em.

Em. rec. Johannes Trubnpeck miles & fidelis Eccleſiæ noſtræ.

II. Id. Nov.

Sal. Piligrinus presb. & abbas.

Em. ant. Adelbert Epus Mettenſis.

Em. rec. Gotfridus abbas. Reichperus canonicus vet. capellæ qui dedit nobis X. libras.

Idus Nov.

Em. ant. Karrus abbas. Vdalſchalcus abbas Tegrinſe.

XVIII. Kal. Decemb.

Sal. Oudalpertus archiep. Juuau.

XVII. Kal. Decemb.

Em. rec. Dietricus L. miles de Awe.

XVI. Kal. Decemb.

Sal. Liutoldus de Eichheim Miniſter.

Em. rec, Chunegundis L. dicta Hauzendorferin.

XV. Kal. Decemb.

Sal. Azola Mater Gebehardi archiep. Liutoldus de Pugowe miniſter.

Em. ant. Egbertus abbas.

XIV. Kal. Decemb.

Em. ant. Theodewinus card. Epiſcop.

Em. rec. Irngart dicta Ernſtin An. MCCCLXV.

XIII. Kal. Decemb.

Em. ant. Werinherus abbas Chotow. Adam Vttenhofer & Oſanna vxor eius.

XII. Kal. Decemb.

Em. rec. Conradus Wildenperger.

XI. Kal. Decemb.

Em. rec. Vlricus L. Dapifer. Eliſabeth Müchlin.

X. Kal. Decemb.

Em. rec. Oſanna laica dicta Vttenhofferin.

VIIII. Kal. Decemb.

Sal. Liutold presb. & præpoſitus. Adelo Vicedominus.

Em. ant. Bertholdus dux. Otloch m. n. c.

Em. rec. Albertus dux Bavariæ 1579.

VIII. Kal. Decemb.

Em. ant. Heinricus abbas presb. & mon. n. c. Vlricus Sotzær & Agnes vxor ejus.

VII. Kal. Decemb.

Sal. Liuza comitiſſa.

Em. rec. Fridericus plebanus ſup. Mon.

VI. Kal. Decemb.

Sal. Raban de Toutilinsdorf.

Em. ant. Liudigerus abbas.

V. Kal. Decemb.

Sal. Virgilius Epiſcopus Juuau. Scotigena qui eccleſiam majorem primus conſtruxit & corpus S. Roudberti & corpora duorum presbyterorum eius Chunialdi & Giſilarii ſimul cum eo transtulit.

Em. ant. Pie memorie Arnolfus Imperator fundator hujus loci. Henricus comes hic ſepultus.

IV. Kal. Decemb.

Sal. Tagno Miniſter de Prunig.

Em. rec. Gisbertus Horſtius decanus vel cap.

III. Kal.

III. Kal. Decemb.

Em. ant. Ederannus Epiſcop. Johannes Nablas abb. hujus loci An. 1639.

II. Kal. Decemb.

Sal. Egilolf Archipresb.

Em. ant. Walburg abbatiſſa.

DECEMBER.

Kalend. Decemb.

Sal. Macili Miniſter.

Em. ant. Dietmarus abbas. Richiza abbatiſſa de infer. Mon.

Em. rec. Franciſcus Guilielmus Card. & Epiſcopus Ratisbon. 1661.

IV. Non. Decemb.

Sal. Gebeharth Epiſcopus Ratispon.

Em. ant. Meginhardus Abbas. Johannes Lantgravius de Leutenberg.

Em. rec. Fridericus abbas Pruvening.

III. Non. Decemb.

Sal. Richiza ſoror, Vxor Reginhardi Gotti & uxor ejus Geza ſuſcepti ſunt in noſtram fraternitatem An Mill. XCIII. Non. Decemb.

Em. ant. Lotharius Imperator.

Em. rec. Elizabet Mon. infer. Monaſt.

II. Non. Decemb.

Sal. Anno Colonienſis archiepiſcopus.

Em. ant. Sigefridus Epus. Auguſt. Heinricus abbas Richenbach. Karolomannus Rex & Mon.

VIII. Id. Decemb.

Sal. Chuono Advocatus, & filius ejus Aribo & Adalmannus præpoſitus & Adalman occiſi ſunt. Anzo miles.

Em. ant. Hertwicus Epiſcopus.

Em. rec. Alheydis de Awe.

VI. Id. Decemb.

Em. rec. Karolus comes.

IV. Id. Decemb.

Em. rec. Heinricus quondam abbas in Prul & noſter, qui augmentavit feſtum conceptionis S. Mariæ.

III. Idus Decemb.

Em. rec. Pertholdus canonicus majoris eccleſiæ.

II. Idus Decemb.

Em. ant. Rupertus abbas mon. n. c.

Idus Decemb.

Sal. Diemout abbatiſſa.

Em. rec. Elizabeth Heroldin incluſa 1462.

XVII. Kal. Jan.

Sal. Vuipurc Mater Hartuuici archiepi.

Em. ant. Marquardus abbas mon. n. c. Mathæus Epiſcopus.

Em. rec. Agnes L. de Chamerdorf.

XVI. Kal. Jan.

Em. rec. Johannes dictus Hartinger canonicus Veteris capel. & Notarius.

XV. Kal. Jan.

Sal. Reginbertus Miniſter.

Em. ant. Arnolfus abbas.

XIV. Kal. Jan.

Sal. Hemma abbatiſſa.

Em.

Em. rec. Bruno abbas Prufning.

XII. Kal. Jan.

Em. rec. An. dom. MCCCCLVIII. pie mem. obiit D. Hertungus Phersfeler abbas hujus loci.

XI. Kal. Jan.

Sal. Chunradus Miniſter. Chadaloh Seuuenſis abbas.

Em. rec. Aribo Abbas Tegrinſe.

X. Kal. Jan.

Sal. Ita abbatiſſa. Peziman archidiac.

Em. rec. Gauboldus Ratisbon. Epiſcop.

IX. Kal. Jan.

Em. rec. Vlricus de Pürm abbas hujus loci ſepultus ante Chorum.

VIII. Kal. Jan.

Sal. Wezelinus abbas & monachus S. Mariæ.

VII. Kal. Jan.

Sal. Perchtolt monachus & decanus presb. S. Petri.

VI. Kal. Jan.

Em. rec. Chunradus mon. n. c. abbas de Alta.

V. Kal. Jan.

Sal. Geruuihi abb.

III. Kal. Jan.

Sal. Roudpertus presb. & Abbas. Adalman camerarius.

Sal. Scribenti interceſſione omnium Sanctorum ſuorum vitam æternam omnipotens dominus donare dignetur. Amen.

D.

EXCERPTA

E libro Traditionum Monaſterii Reichenbacenſis ſæc. XII.

Num. I.

Donatio Vici ſanctæ Mariæ

Ergengerus Dei gratia abbas in *Richinbach*. Varius eventus rerum exigit -- qualiter quidam deo devotus *Azelinus* nomine prædium quod *vicus ſanctæ Mariæ* dicitur, permiſſione DIEPALDI Marchionis per manum cuiusdam *Trutwini* miniſterialis ejusdem Marchionis --- XXX. denarios prædictæ Eccleſiæ Richinbach ſingulis annis perſolvant. Teſtes ſunt. *Trutwinus de Hiwiſch Aſelinus* & filius ejus. *Fridericus de Vico ſanctæ Mariæ. Hartmannus de Haimenhoven* & filius eius. *Bernhardus & Sigeboldus de Hard.*

Num. II.

Relatio fundationis An. 1118.

Ab initio naſcentis eccleſiæ pia cepit inſtitutio, ſcilicet ad honorem dei Eccleſias facere, factas adjuvare. Fideliter enim tenetur, quod per elemoſinas ac Bona temporalia fidei merito cæleſtia comparentur. Hac ſpe & imitatione *Marchio* DIETPALDUS prepotens ac nobilis rogatu *Matris ſuæ* LUKARDIS, conſenſu *Vxoris ſuæ* ADELHEIDIS liberorumque ſuorum ſpontanea conceſſione locum in *Richenbach*,

quem

quem hereditario Jure ſucceſſionis poſſederat, Deo ſancteque & intemerate Dei Genitrici perpetue Virgini Marie optulit, eccleſiam fundavit, monaſtice Religionis fratres ſecundum regulam ſancti Benedicti abbatis inſtituit, ac ſic ſervicium Dei inibi pro poſſe iniciavit. Eundem vero quem prefati ſumus locum romane libertati ſubjugavit, ac omnia ad eum pertinentia ſecundum proprietatem, qua ipſe ea poſſederat, in villis pratis - - Deo & ſancte Marie pro anime ſue remedio ac prenominate propinguitatis ſue delegavit. Sane ne opus tam bonum ſine auctoritate irritum eſſet, & ut detractorum injuria ceſſaret, prefatum locum cum omnibus poſſeſſionibus ſuis in manum cujusdam nobilis viri nomine *Gotefridi de Werde* delegavit, & eodem viro cum venerabili *Erchingero* ipſius loci abbate romam miſſo apoſtolice defenſioni & poteſtati contradidit. Unde etiam domini KALIXTI tum romane ſedi preſidentis aſſenſum meruit, qui ipſum locum & omnia ad eum pertinentia in apoſtolicam ſuſcepit defenſionem ac priuilegii ſui auctoritate in perpetuum corroborauit. Cepit autem loci hujus ædificatio anno ab incarn. dom. Milleſimo centeſimo octavo decimo Indict. XI. regnante invictiſſimo romanorum Imperatore HENRICO quarto, preſidente ratisponenſi eccleſie venerabili HARTWICO ſub Erchingero ejusdem loci abbate.

Num. III.

Donatio Reichenbachij & adjacentium Bonorum.

Ne bonis prevaleat mala detrahentium præſumtio. Precavere ſolet utiliter præteritorum cognitio. Ea propter

ter tam preſentium quam futurorum nouerit induſtria, qualiter Marchio DIETPALDUS Richenbacenſis monaſterij incipiens conſtructionem, eundem locum, ſcilicet *Richenbach* & omnes ad eum pertinentes poſſeſſiones in manus OTTONIS Præfecti (*Burggravii Ratisponenſis*) primo delegatas ab eo receperit & in manus *Gotefridi de Werde* delegauerit, ac per eum beato Petro eiusque ſancte romane eccleſie, ut quoque predictum eſt, obtulerit. - - Teſtes ſunt OTTO Prefectus. FRIDERICUS Aduocatus, *Gebehardus* de LUKENBERGE. *Gebehard de Rittenburc. Pertoldus de Scaminhobt. Udalricus de Steine. Gozpertus de Holinſteine. Werinherus de Labere. Altmannus de Siginburch. Meginhardus de Parchſteine. Erchinbertus de Altindorf.* Miniſteriales Marchionis. *Reginbot Uohiburch. Hilteprandus de Brenzi. Riwinus de Uohiburch. Henricus de Appatesdorf. Swikerus piſcator. Ludewicus de Napurch. Otto de Rumlingen. Adalpertus Luzinbach. Otto de Kozmuzehingen, & filius ejus Otto. Gotefridus de Weterenvelt. Udalricus de Loman. Adalbertus de Pirke*, Miiniſteriales OTTONIS præfecti, *Geroldus de Kailotisdorf. Sigebot de Efelham. Hartnidus & Gotefridus de Sperewersdorf.* Miniſteriales FRIDERICI Aduocati. *Waldo de Utelingen. Eberhardus de Sinzingen. Hartwicus Krof de Valkenſtein*, & alii quam plures.

Num. IIII.

Donatio de Hiviſe (*Heuwiſch*) & adjacentibus.

Notum eſſe volumus Vniverſitati fidelium, qualiter Marchio DIETPALDUS ad amplianda ſibi pietatis Merita

res

res Monaſterii, quod fundaverat, ſcilicet *Richenbach* omnimode curavit ampliare -- Hos vero Miniſteriales delegavit *Fridericum de Pulisrut - Perinhardum de Linishof.* Sororem ipſius *Tutam.* -- Hujus delegationis Teſtes ſunt auribus tracti more bawarico. *Udalricus de Wolfſtain. Gotefridus de Werde. Perhtoldus de Scaminhobit. Altmannus de Mohzingen. Altmannus de Siginburch. Albin de Brunin & Adalpertus frater ejus. Riwinus de Voheburc. Rudegerus frater ejus. Adalpertus de Suzinbach. Megingoz de Rorbach. Hartmannus de Heiminhof & frater ejus Tramunt*, & alii quam plures.

Num. V.

Recapitulatio priorum & additio plurium Prædiorum. An. 1135.

Quoniam triplex funiculus non facile rumpitur, fructuoſum videtur iterando res firmare, quarum cognitio poſterorum utilitati poteſt providere. Notum ſit itaque Vniuerſitati fidelium, qualiter Marchio DIETPALDUS rogatu *Erchingeri* abbatis fratrumque ſuorum in die dedicationis Monaſterii *Richinbach* delegationem prediorum que prius dederat in preſentia domini HEINRICI venerabilis Ratispon. eccleſie Pontificis, curavit iterando & renovando confirmare, & in aliquibus confirmare. — In Swevia quoque ſita dedit predia hec. *Rudelingen* jure quo ipſe habebat Beneficium Miniſterialis ſui *Arnolfi de Pinzwangen*, ſcilicet curtile vnum in *Rudelingen* & hæc ipſius rogatu. Steinheim duo curtilia & eccleſiam, pontem, ſicut ipſe poſſederat, *Gotefridus* etiam de *Wetirinwelt* Mini-

ſterialis ipſius Marchionis DEOPALDI delegauit eadem die ſancte Marie ejusdem Marchionis permiſſione predium ſuum in Rithuſin jure perpetuo. Delegavit etiam eodem die prediƈtus Marchio DIEPALDUS ſancte Marie in regione *Egere*, *Dietpoldesruht*, *Srowensrut*, *Chumenrut*, quod *Gotefridus de Weterenwelt* ab Richinbacenſi abbate Erchingero ſuſcepit in beneficium. -- In *Rotgowe Chindelherin Kluklingen* cum omnibus ad ea pertinentibus, & ſeptem vineas. In Auſtria *Holerbrunen*, *Wilvolvisdorf* Manſos VII. & vineas tres. Præterea delegavit *Rehewinisrut & Wizinbach*. Huius delegationis Teſtes ſunt OTTO Comes de *Stowfe* filius ejus HEINRICUS. FRIDERICUS Advocatus. *Udalricus de Wolfſtaine. Erchrinbrecht de Altindorf. Pertoldus de Scamenhoheten. Gebhardus de Rittinburc. Altmannus de Siginburk. Eppo de Ebermundesforf. Fridericus de Rorbach. Udalricus de Ahekirchen. Cunradus de Rottenburch. Ludewicus de Napurch. Gotefridus de Weterinvelt & frater ejus Heinricus Spon. Adalpertus de Suzinbach. Hartwicus de Hovedorf. Waldo de Owe. Otto de Mozhingen. Rachwinus & frater ejus Pertoldus de Snudingen* & alii quam plures. Acta ſunt hec An. dom. Incarn. M. C XXXV. regnante Romanorum Rege LOTHARIO, ſub HENRICO ratispon. eccle. Epiſcopo tempore *Erchingeri* Abbatis.

Hoc anno dedicatum eſt monaſterium in Richinbach a venerabili Ratisponenſi Epiſcopo prenominato HEINRICO. Septima decima Kalendas Julii in honorem ſancte & perpetue Virginis Dei genetricis Mariæ.

Num.

Num. VI.

Bona facta auctoritate debent confirmari, nam de occultis judicare & de incertis diffinire, utrumque eſt difficile. Quapropter notum eſſe volumus omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter RICHZA *) Duciſſa de Boemia Liberorum ſuorum conſenſu predium ſuperius & inferius *Aſpach* tradidit ſancte Marie in Richinbach, & per manum DIETPALDI Marchionis delegavit ad uſum fratrum inibi Deo famulantium in perpetuum. Teſtes ſunt hujus donationis *Perhtoldus de Schwarzinburch. Adalpertus de Holinſteine. Fridericus de Luttenbach. Rudolfus de Craine. Adelger de Wenenbach. Eberhardus de Gingen. Adalpertus de Hohenwalte. Volmar de Wurmriſne. Rudegerus de Rumtingen. Arinwicus de Wocilindorf. Ludewicus de Napurch. Otto de Kambe & filius eius Otto. Riwinus de Voheburch. Gotefridus de Weterenvelt. & Regenboto frater ejus. Adalpertus de Suzinbach. Otto de Rumtingen. Isinrich de Wichildorf & filius eius Pertholdus, & frater eius de Hameringen. Megingoz de Welſtin-*

*) Filia Fundatoris, & Vxor ſecunda WLADISLAI I. Ducis, de qua ad Chronicon *Pegavienſe* inter MENKENII *Scriptores Rerum german. Tom. III. col.* 130. B. ſequentia in margine notavit manus antiqua: „ Anno Dom. MCXVIII. Ditpoldus Marchio de Napurch (*Voburg*) peticione matris ſuę & Adelheidis uxoris conſtruxit Monaſterium in Reichenbach ſub Witigo primo abbate. Huius Marchionis filia REICZA Duciſſa Boemie conſtruxit Monaſterium in Cladicina (*Cladrubic*) „ *Vid. etiam* PFEFFELII *Geſchichtsbeſchreibung der Marckgrafen auf dem Nordgau P. II. Tom. II. Abhandlung. der baieriſchen Academie* §. 36. pag. 66.

gen. *Dietpaldus de Kabendorf. Ulricus de Vilungen. Wolfram de Taeſkingen & frater eius Cunradus. Pertholdus & Immo de Pomtingen. Witoldus de Turdelingen. Rupertus de Smidingen. Rahewinus de Kazpuch*, & alii quam plures.

Num. VII.

Donatio de Hertishuſin, Geroltishuſin, Piberchar.

Notum ſit — qualiter *Udalricus de Huminwanc* temporalia poſtponens celeſtibus & cum uxore ſua ad ſpiritualem converſationem condeſcendens predia ſua *Herteshuſin* & *Piberchar* ac quidquid habuit in villa que *Geroltishuſin* dicitur, in manus *Willihalmi* de *Gepenheim* tradidit. — & ſecundum voluntatem ac petitionem *Erchengeri* abbatis de *Richinbach* fratrumque ſuorum deleganda commiſit. Teſtes ſunt OTTO *Comes de* STOWFE. *Erchenbertus de Altindorf. Fridericus de Rorbach. Sigebot de Stowfe. Gotefridus de Wolanergrube. Hartmannus de Heimenhoven*, & alii quam plures.

Num. VIII.

Donatio de Steinbach.

Notum ſit — quoniam Marchio DIETPALDUS tradidit ſancte Marie in *Richinbach* pro remedio anime ſue predium *Regimboti de Napurch* miniſterialis ſui nomine *Steinpach*, & hoc ipſius peticione. Teſtes ſunt, *Udalricus de Egere & frater eius Piligrimus. Adalpertus de Suzinbach. Adalbertus de Pirche. Otto de Rumtingen. Otto de Chalbezingen.*

zingen. Hartmannus de Hveminhoven, & filius eius Pernhardus. Cunradus de Waiemannersdorf. Sigebot de Zante, & alii quam plures.

Num. IX.

Donatio de Denkelingen.

Noverit omnium — quoniam *Marchio* DIETPALDUS pro remedio anime ſue tradidit ſancte Marie in Richinbach predium ſuum *Denchilingen*, quod dederat ei nobilis Vir *Pilgrimus de Nuwenburch.* Sed quia cauſa de eodem predio prenominato *Denchelingen* cum propinguis prefati Pilgrimi, Matre ſcilicet & fratre ipſius *Pertholdo* nondum fuit determinata, pro concedenda jam dicta delegacione acceperunt a Marchione DIETPALDO & *Erchengero abbate* predium quod dicitur *Eberachesdorf* & duo talenta cum aliquantis mancipiis. Teſtes ſunt *Gebehardus de Lukenberge. Megenhardus de Phrime. Perchtoldus de Scaminhoibet. Adalpertus de Tolince. Adalpertus de Holinſteine. Ludwicus de Napurch. Sigeboto & filii eius duo Theodericus & Sigebcto de Napurch. Otto de Chozmuzilingen. Adalpertus de Suzinbach. Erchenbertus & Werinhardus de Nuwenburch. Chraft de W'oſenruht. Trutwinus de Ilswanc. Herdegen de Reſimesruht*, & *Marcwardus de Napurch.*

Num. X.

Donatio de Erchinfridishofen.

Notum ſit — qualiter *Udalricus de Wifridishofen* delegavit pro remedio anime uxoris ſue *Adalheidis* predium quoddam quod dicitur *Erchinfridishof* per manum *Arbonis de Tiersdorf* Fidejuſſoris ſui. — Teſtes ſunt *Altmannus de Lukenperch. Hartmannus de Heimenhoven, & filii eius Hartmannus & Tiemo.*

Num. XI.

Donatio de Grunenbach.

Notum eſſe volumus — qualiter quedam nobilis Matrona *Friderun de Houlin* conſenſu *filii ſui Eberhardi* tradidit per manum Fidejuſſoris *Chunradi de Traſimundisruht* predium quoddam, ſcilicet curtile unum *Grunenbach.* — Teſtes ſunt *Theodericus & Udalricus frater eius de Utinhoven. Werinherus & frater ejus Fridericus de Brunnin. Otto de Rumtingen & frater eius Ludewicus de Napurch*, & alii quam plures.

Num. XII.

Commutatio de Heitperch.

Propter communem utilitatem conceſſum eſt non inconſulte, ut fiant commutationes de rebus eccleſiarum. Eapropter noverit — qualiter inter fratres Richinbacenſes & Sanctimoniales *Patavienſes* de quibusdam poſſeſſionibus ecclesiarum

cleſiarum ſuarum facte ſunt legitime commutationes, fratribus in *Richinbach* dantibus ad eccleſiam ſanctimonialium in *Patavia* predium, quod habebant in *Rutarin*, ſanctimonialibus vero dantibus predium quod habebant in loco qui dicitur *Heitperch*. Teſtes ſunt *Sigeboto de Porinheim. Rudolfus de Vurchrolze. Meginhardus* patavienſis Miniſterialis ſanctimonialium. *Tiemo de Pugenberge. Eckkehard* Miniſterialis ſanctimonialium, *& filius eius Adalpertus. Marcwardus & frater eius Raboto de Urlingesberge. Adalbero de Ufhoven & filius eius Meginhalmus. Marcwardus de Rore.*

Num. XIII.

De eodem.

— —Denique *Marchio* DIETPALDUS Aduocatus in *Richinbach* delegavit GEBEHARDO *comiti de* SULZBACH Aduocato ſanctimonialium predictarum — — Hæ delegationes factæ ſunt apud *Chambe* peticione *Erchingeri abbatis in Richinbach & Mahtildis abbatiſſe patavienſis* communi ſubjectorum ſuorum conſilio. Teſtes ſunt *Wicnant de Haſilbach. Erchinbertus de Altindorf. Adalbero de Tumprunnen. Wilihalm de Geppenheim, Erchenbertus de Hanenbach. Gelfrat de Chruſin. Sigeboto de Turmdorf,* & alii — —

Num. XIV.

Donatio de Weterenvelt.

Notum eſſe volumus — — qualiter *Gotefridus de Weterenuelt* Miniſterialis THEOBALDI *Marchionis* predium—

per

per manum *Henrici de Weterenuelt* — Teſtes ſunt *Adalpertus de Suzinpach. Adalpertus de Pyrche & frater eius Udalſcalk. Cunradus Troſt. Otto de Kambe. Otto de Rumtingen & frater eius Babo. Rudegerus & Adalpertus frater eius de Rumtingen. Hartmannus de Heimenhoven & filius eius Berinhardus. Heinricus de Kalwenberch. Otto de Nuwenmul. Adalbertus de Waltingen. Cunradus de Akker*, & alii —

Num. XV.

Donatio de Judenowe.

Notum — quoniam *Marchio* THEOBALDUS tradidit ſancte Marie in *Richenbach* predium *miniſterialis ſui de Wetirenvelt* nomine *Judenowe*, quod ſitum eſt in *Auſtria*. Hec autem donatio facta eſt peticione ipſius *Gotefridi* predicti, & ex poteſtate, qua ipſe idem predium poſſidebat jure hereditario poſteritatis. Teſtes ſunt *Altmannus de Siginburch. Wichnant de Haſilbach. Reginbot de Voheburch. Heinricus Span. Swikerus Piſcator. Adalbertus de Suzinbach. Rudigerus de Rumtingen. Hartmannus de Heimenhofen*, & alii —

Num. XVI.

Donatio de Prunerdorf.

Notum — quoniam Marchio THEOBALDUS pro anima filii ſui THEOBALDI Pueri tradidit Deo & ſancte Marie juſta delegatione in *Richenbach* predium quoddam ſcilicet

cet curtile unum in *Prunnendorf.* Quoniam vero *Waldo de Valkinſtein* habuit idem predium in beneficio — Teſtes ſunt *Adalbertus de Suzinbach. Otto de Rumtingen. Otto de Kambe. Adalhalmus de Cylre. Hartmannus de Heimenhouen & filius eius Berinhardus*, & alii —

Num. XVII.

Donatio de Tomtingen.

Notum — qualiter quedam *Iringardis de Tomningen* tradidit per manuum legatoris ſui Cunradi de Piburc. Teſtes ſunt PERHTOLDUS Marchio. GEBEHARDUS *comes de* SULZBACH. *Meginhardus de Parchſtein. Wichnant de Haſilbach. Perhtoldus de Scaminhobit. Rudegerus & filius eius Waltherus, Waltherus & Heinricus frater eius omnes de Rumtingen. Meginhardus de Koſlingen. Cunradus Genſil. Reginbot de Uoheburch, & filius eius. Berenhœrt de Heminhoven*, & alii.

Num. XVIII.

Precarium in Chindesheim.

Notum — qualiter quidam *Littoldus de Sauerſteten* recepit delegationem predii ſui, quod habuit in *Chindeheim* de manu Eberhardi cujusdam de *Siginheim*, ac delegavit in manum *Engelſcalci de Rumtingen.* — Teſtes ſunt RAPOTO *comes de* ORTENBERCH. *Adalpertus de Gebeharterheim ac frater eius Adaluolch. Durinch de Hunolfesdorf. Chuno de Hoenſtat. Poppo Smideheim. Durinc de Woppingen & fra-*

ter eius Hezel. Adalbertus de Wihmertingen. Udalricus de Hovinheim. Werinhart de Horbach. Fridericus de Sigenheim, & frater eius Heinricus.

Num. XIX.

Donatio de Pheterprunnen.

Notum ſit — qualiter *Svikerus de Voheburch* permiſſione PERTHOLDI *Marchionis* tradidit predium quod dicitur *Pheterprunnen.* Teſtes ſunt ipſe *Marchio PERTOLDUS. Eberhardus de Frickendorf. ADALRAM DE KAMBE. Purchardus de Steine. Adalbertus de Suzinbach. Adalpertus de RUMTINGEN VETERI. Hermannus, Hilteprandus, Rudegerus, Cunradus, Fridericus, Udalricus, Werinherus de Voheburch* omnes iſti. *Adalpertus de Waltingen.*

Num. XX.

Emptio de Hurchinsheim.

Cum virtus ab iniquitate multa ſepe patiatur contraria — Notum eſſe volumus omnibus, qualiter *Erchingerus* abbas in *Richinbach a Fratre ſuo Theoderico de Utinhoven* comparavit quadraginta Talentis predium quod dicitur *Hurchinsheim* — cuius predii, ſcil. *Hurchinsheim* tuicionem delegavit predictus *Theodericus* in manus cuiusdam *Wichnandi de Haſelbach.* Teſtes ſunt *OTTO Palatinus. Rupertus Wolf de Lengenuelt. Pilgrimus Zolle. Hageno camerarius. Werinhardus. Peringerus.* Omnes iſti de *Legenuelt Miniſteriales*

riales predicti PALATINI, & alii quam plures tracti more bawarico.

Num. XXI.

Commutatio inter Richenbach & Kotewich.

Juſtas de quibuslibet rebus eccleſiarum fieri commutationes legum concedunt conſtitutiones. Nam certum eſt, communes inde poſſe provenire utilitates. Eapropter noverit omnium induſtria, qualiter inter fratres de *Richinbach* ac de *Chotewich* de aliquibus ſuis poſſeſſionibus facte ſunt legitime commutationes, ac per Advocatos utriusque eccleſie complete ſunt juſte confirmationes. Denique HEINRICUS DUX de AUSTRIA, Aduocatus in *Chotewich* delegavit in manus RAPOTONIS *comitis* de ORTENBERCH predium quod dicitur *Siultheizingen* & illuc pertinentia ad conſervandum Deo & ſancte Marie in *Richinbach*. RAPOTO vero comes predictus vice PERTHOLDI *Marchionis* Aduocati in Richenbach, & ejusdem peticione delegauit in manus HEINRICI predicti Ducis predium, quod dicitur *Willofstorf & Parowi*, ad conſervandum Deo & ſancte Marie in *Khotewich*. Huius delegationis Teſtes ſunt *LITTOLDUS comes de PLAIE. PERTHOLDUS comes de POGIN. Adalram de KHAMB. Theodericus de Poivmgarten. Wergant & frater eius Engelſcalch de Rumtingen. Werinhardus de Owe. Rehewin de Etenvelt. Durinch de Siulcheim. Gotefridus Prisfuz*, & alii quam plures.

Num. XXII.

Donatio de Napurch.

Notum ſit — qualiter *Gotefridus de Weterenvelt* conſenſu PERHTOLDI *Marchionis* — delegavit — quidquid habuit in NAPURCH — Confirmatum eſt etiam coram predicto *Marchione*, ne vel ipſe *Erchengerus* eiusdem loci abbas, vel aliquis ei ſuccedens aliqua racione, dono, vel beneficio prenominatum predium valeat uſibus fratrum in RICHINBACH alienare. Teſtes ſunt *Purchardus de Steine. Pertholdus de Nuwenburch. Adalbertus de Suzinbach. Walterus de Rumtingen. Rudegerus & Gotefridus de Voheburch. Gebolf de Hohinheim. Fridericus de Rekinzi. Helmerich de Nuwenburch. Ortwinus de Hergoltishuſin. HENRICUS DE AMEILES FRATER RUDOLFI COMITIS ET MINISTERIALIS. Adalbertus de Waltingen. Riwinus de Wichilsdorf. Cunradus de Akkere. Pertholdus de Rumtingen.*

Num. XXIII.

Donatio de Gramanishof.

— — Quoniam *Hertwicus de Valkinſteine* predium quoddam, quod dicitur *Gramanishof* delegavit. — Conſenſu Domini ſui FRIDERICI *Aduocati* ac in ejus preſencia. Teſtes ſunt ipſe *FRIDERICUS Aduocatus (Ratisponenſis) Waldo de Valkinſtein. Criſtan de Harland. Hartmannus de Veltkirchin. Wecil der Sahſe de Valkinſteine. Otto de Khambe*, & alii quam plures.

Num.

Num. XXIV.

Donatio de Maginſpach.

Notum ſit — qualiter quidam *Pabo de Maginſpach* tradidit prenominatum predium ſcil. *Maginſpach* per manum legatoris ſui *Ekkeberti de Tigingen.* Teſtes *Arnoldus MERIE de Murach. Altmannus frater ipſius Pabonis. Rudegerus uz dem Rechart. Chimo de Othmarisruit. Sigeboto de Aiche. Askerius & frater eius de Dankolveldorf. Baltwinus de Napurch. Wezelins Sun*, & alii quam plures.

Num. XXV.

Donatio de Balduwinisdorf.

Notum — quod *Pabo de Hattſtain* pro remedio anime *fratris ſui Ottonis* predium quod habuit in *Balduwinisdorf* — delegavit. — Vſum etiam predii in *Tahelingen* predicto loco contradidit. Teſtes — *Adelbertus de Suzinbach. Otto de Cambe. Otto Rufus. Airbo de Hateſtein. Udalricus Alwart.*

Num. XXVI.

Donatio de Rorbach.

Notum ſit — quod quidam *Permannus & filius eius Aerbo de Rorbach* delegaverunt in manus *Friderici de Rorbach* predium quod habebant in *Rorbach.* — Teſtes ſunt *Gotefridus camerarius Epiſcopi. Meginhardus de Dankolfesdorf. Bruno de Engelbrehtishofen. Cunradus de Stritowe.*

Walter de Puchisdorf. Acrbo de Pudimingesdorf. Altman de Hezrichensdorf. Otto de Rorbach. Heinricus de Uirſte.

Num. XXVII.

Donatio de Hezilsruht.

Notum ſit, quoniam THEOBALDUS *junior Marchio* — tradidit predium quod dicitur *Hezelisruht* — Teſtes ſunt *Adalbertus de Suzenbach & Heinrichus filius eius. Rapoto de Suzinbach.*

Num. XXVIII.

Donatio de Rotinbach.

Notum ſit — quod *Hilteprandus de Kambe* pro remedio *fratris ſui Ottonis* tradidit predium in *Rotinbach.* Teſtes ſunt *Waldo & filius eius. Waldo & Otto de Valkinſtein. Rudegerus de Rumtingen. Otto Rufus. Adalbertus junior de Suzenbach. Rudegerus de Hereſingen. Meinhardus de Kofflinge. Rapoto de Pilſtein. Kunradus de Waiemannersdorf. Swikerus comes*, & alii quam plures & familia.

Num. XXIX.

Emptio in Heminhoven & Trutingen.

Iuſtas inter eccleſiaſticas Perſonas quaslibet fieri acquiſiciones non inconſulte eſt conceſſum — Qualiter *Erchingerus* Abbas — cum *Richiza abbatiſſa* aput inferius Monaſterium Ratispone legitima emptione convenit — Sane peticione prenomi-

nominate abbatiſſe GEBEHARDUS *comes* de SULZPACH Aduocatus inferioris Monaſterii eorumdem prediorum juſtam ac legitimam fecit delegacionem. Teſtes ſunt *Heinricus de Altindorf. Wicnandus de Haſilbach. Gelfradus de Kruſin. Otto Kuur. Gotefridus Dapifer comitis.*

Num. XXX.

Donatio de Gowna.

Ne *Marie* vacantis turbetur ocium, oportet ut de *Marthe* laboribus habeat ſuſtentamentum. — Quod FRIDERICUS *Imperator* delegavit in manus PERTHOLDI *Marchionis* de VOHEBURCH predium, quod *Gowna* vocatur — peticione *Kunradi* de *Woettinhoven*, qui — acceptis nonaginta talentis ab *Erchingero* abbate — reſignavit — Teſtes ſunt PERTHOLDUS *comes* de ANDEKSE. *OTTO Palatinus. Heinrich de Altindorf. Eberhardus de Firchindorf. Fridericus de Pilriht. Eberhardus de Schogaſte. Cunradus PINCERNA REGIS & frater ejus Ludewicus Rapoto & frater eius Chunradus de Pilſtein. Chunradus de Woettinchoven. Adalbertus NOHTHAFT. Gitto de Waltſtein. Chunradus & Gotefridus de Valchinberch. Arnoldus de Meningen. Pabo de Hettſtein.*

Num. XXXI.

Item de Gowna.

Notum — quod *Marchio* PERTHOLDUS de UOHEBURCH delegavit — predium in *Gowna* — Teſtes ſunt *Perinhart de Mozzingen. Altmannus de Abinſperch. Gerungus de Egere.*

Egere. Henricus de Miltha. Suikerus Piſcator. Marchwart de — Stein Marchwart, Udalricus, Pabo, Hervericus, omnes de *Mozzingen. Heinricus de Werde. Alram de Warmuntsdorff. Rudegerus de Hervesheim. Winther de Hard. Willihalmus de Geſelingen. Gotefridus Cherhart. Purchart Suevus. Erminolt de Hovegart. Werinherus Haſhirt. Rapoto Hellitamph. Theodericus de Wiringen*, & alii.

Num. XXXII.

Donatio de Churſinperch.

— Quod *Lukardis de Mura* tradidit predium ſuum *Churſinperch* pro remedio anime ſue & conjugis ſui juſta delegacione jure perpetuo. Hujus delegacionis Teſtes ſunt *Arnoldus de Treblingen. Arnoldus Juvenis. Udalricus Zolli. Sigebot & frater eius Gebehardus de Encinsperge. Cunradus, Gebehardus, Gotefridus de Murah. Werinherus Biſewin. Werinhart de Nuwenburch. Bertholdus* & tres fratres ejus proprii homines ipſius *Lukardis*.

Num. XXXIII.

Donatio de Gezindorf.

Notum — quod *Otto de Nuwenmül* — per delegatorem ſuum *Aerbonem de Ridar* confirmavit uſum predii ſui, quod habuit in *Gezindorf* pro remedio anime ſue & *Patris ſui Ludewici, Matris ſue Perthe, & Vxoris ſue Hoedewigis*, — Teſtes ſunt *Pabo de Hettſtein. Otto de Leugenowe. Gerunch de Egere. Otto de Vokincelle. Rudeger de Hettſtein. Perh-*

Perhtoldus de Egere. Sigehart de Numanisdorf. Udalricus de Vokincelle. Adalbertus de Turdelingen. Cunradus de Tobirſingen. Heinricus Chespize. Heinrich de Riſſinbach. Sigeboto de Scholtheizin. Fridrich Chalwenberch.

Num. XXXIV.

Donatio de Pirche.

— Quia *Udalricus Armarius in Ruhinbach* datis quinque talentis *Helmvico & Vxori ejus Adelheidi de Napurch* comparavit predium in *Pirche*. Ipſe itaque *Helmwicus* & eadem vxor ejus *Adalheidis* premonita fide *Marchwardi* Præpoſiti aput inferius Monaſterium Ratispone, qui videlicet Marchwardus delegator eſt ipſius predii. — Teſtes ſunt PERHTOLDUS MARCHIO de VOHEBURCH. OTTO *filius* HENRICI *Præfecti de* STOUF. *Henricus de Tollinz. Marchwardus de Grunhartshofen. Rudegerus de Voheburch. Riwinus de Altilholtishuſin. Wernher Aluzan. Adalbero junior de Napurch. Rubertus de Wecilindorf. Eberhardus de Plancſtet. Heinricus de Reginhuſin. Chuno frater delegatoris. Marchwart Suevus. Rudegerus Dwerſchals.* Omnes iſti de *Ratispona.*

Num. XXXV.

Item de Pirche.

Notum — quoniam Rapoto de *Suzinbach* in extremis vite ſue jus peticionis quod habuit in predio, quod vocatur *Pircha* tradidit Deo & ſancte Marie in *Richinbach* com-

monefaciens delegatorem eiusdem predii *Dietmarum de Wolferdingen* de fide delegacionis ad predictum loc m ſcil. in Richinbach. Hanc autem fidei commonitionem fecit idem *Rapoto* per *Regenbotonem de Wacimannisdorf*, qui Juramento coram *Palatino majore OTTONE*, *ac Lantgravio OTTONE* ipſam confirmavit *Rapotonis* peticionem. Itaque ita commonitus *Dietmarus de Wolferingen a Regenbotone de Wacimannesdorf* delegavit prenominatum predium in manus *OTTONIS Lantgravii*, & hac petitione *Regembonis abbatis* ad conſervandam utilitatem ipſius predii Deo & ſancte Marie in *Richinbach.* Hujus delegacionis Teſtes ſunt *OTTO major*, *Palatinus. FRIDERICUS Lantgravius.* *) *Dietmarus*, *Hartfridus*, *& Marchwardus frater ejus.* Omnes iſti de *Wolferingen. Ekkebertus de Talmezingen. Erneſt de Flinspach. Roudolf de Fremlichisperge. Eberhardus de Steveningen. Gozbertus de Trubinbach. Udalricus de Wertingen. Chunrad de Nuwenkirchen. Otto de Semlingen. Chunrad de Alpalge. Wolfram de Edingademe. Hartwicus de Harlunge, Liutoldus de Hagenowe*, & alii.

Num. XXXVI.

Donatio de Buch.

Notum ſit — quod *Cunradus de Teſchingen* dimidium manſum in *Buch* delegauit, & alium dimidium *Wagershoven.*

*) Erat is frater OTTONIS *Landgravij*, ut patet ex diplomate FRIDERICI I. Imp. An. 1181. Cremiſanenſibus dato apud RETENPACHER pag. 166. ubi inter Teſtes legitur FRIDERICUS Burggravius Ratisponenſis & *frater ejus OTTO Lantgravius de Stevening.*

hoven. Teſtes ſunt *Marchio PERHTOLDUS. Henricus de Tolenz. Cunradus Troſt. Pabo de Heitſtein. Marchio DIEPOLDUS. Marchwardus de Grunbach. Adelramus de Warmunsdorf*, & alii.

Num. XXXVII.

Donatio de Stritesriute.

Secqui volens Dominum *Gotefridus de Valchenberch*, crucis tulit bra.ium, abnegando ſe & ſua in preſentia Domini *Imperatoris* FRIDERICI, cuius Miniſterialis fuit, Deo & ſancte Marie in *Richinbach* predium, quod dicitur *Stritisriute* contradidit. Teſtes — *Heinricus Comes de ALTENDORF. Gotefridus de Planchenſteine. Fridericus de Eeger. Heinricus de Ragendorf. Perhtoldus de Rotenſtade. Wernherus Economus in Zedliz, Uſalkus de Chunisgisberch. Heinricus de Plaſſenberch. Heinricus de Loman. Udalricus de Loman. Marquardus Celer*, & alii.

Num. XXXVIII.

Donatio de Strobendorf.

